Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/linguarumduodeci00post

R

LINGVARVM duodecim characteribus differentium alphabetum, introductio, ac legendi modus longè facilimus. Linguarum nomina ſequens proxime pagella offeret.

Guilielmi Poſtelli Barentonij diligentia.

Pro Capucinis Rhedonensibus. R.

[illegible]

[illegible]

بعظيمة الارادة اكيل

רב בהגדולות רצון

[illegible]

[illegible]

ΔΥΣΧΕΡΩΝ ΕΠΙΘΥΜΕΙΣΘΑΙ ΠΟΑΙ.

IN MAGNIS VOLVISSE SAT EST.

Cum priuilegio.

Proſtant Pariſiis apud Dionyſium Leſcuier, ſub porcelli ſigno, vico Hilario, è regione diui Hilarij.

LINGVARVM de quibus hic tractatur, nomina.

De
- Hebraica.
- Chaldaica.
- Chaldaica recentiore, quam A tranſitu Fluminis, vocant.
- Samaritana, quæ priſca Hebraica eſt.
- Arabica vel Punica, Cuius integram Grammaticam ſub compendio habes.
- Indica.
- Græca.
- Georgiana.
- Tzeruiana.
- Hieronymiana vel Illyrica.
- Armenica.
- Latina.

In ſingulis autem illis Rariſſimas Chriſtianorum in diuerſis orbis partibus agentium, hiſtorias habes, quibus illæ linguæ (præter Arab. Hebrai. & Samaritanã) ſunt in ſacrorum vſu ac grammaticis communes.

GVILIELMVS Poſtellus Barentonius

R. I. C. P. PETRO PALMERIO ARchiepiſcopo Viennenſi, Domino ſuo. S. P. D.

APud me reputãti, cui potiſſimum hoc noſtræ in peregrinando diligẽtiæ principiũ dicaretur, nullus hic certe mihi te dignior occurrit, vt qui ſoleas tã ſerena fronte tãꝙ humaniter, omnes doctos inuitare ſumma humanitate, incitare tua ſingulari prudẽtia, fouere opibus, cui hæc tam variarum multarũque linguarum elementa conſecrarem. Tu enim ille es qui fluctuabundum & quaſi de ſpe omniũ rerum eiectum Poſtellum huc ad priſtina ſtudia, tuis monitis ſtitiſti. Quid autem mirum, me vel fortaſſe ipſa peregrinatione commendabilem, apud te tam humaniter excipi tractarique? quum nullum vnquam cui virtus aliqua ſit comes, quantum in te eſt nõ humaniſſime tractaueris inuitaueris requiſiueriſque. Tibi enim non ſatis, præclara illa, & auita nobilitas, apexque ſummus omnium rerum, ad laudem comparandam videtur, niſi etiam omnes quos virtutem tecum habere communem putas, aciſcas in conſortium. Fieri certe alioqui nequiret, vt tantopere ipſa virtute delectaretur, niſi qui omnes illius numeros in ſe abſolutiſſimos haberet. Eſt enim

ea ipſius uatura, vt vbicunq; ſit, perpetuo iungi appetat. Nihilque aliud primariæ fœlicitatis habent virtute prędi-ti, niſi de virtute ipſa colloqui, tractare. Qui autē fieri poſ-ſet, vt homo in tanta dignitate conſtitutus (illa enim ſolet plerunque præclara ingenia in ſui ignorantiam adducere) ita de omni literarum genere deq; ſingulis rebus (mihi ſæ-pius experta loquor) tam prudenter, tam diſerte, demū tam exacte verba faceret, vt vel ijs qui toto vitæ curriculo, in illis verſati ſunt aſſidue, ipſa admiratione ſilentium ſtupē-tibus imponat, niſi omnium rerū longe quam qui audit pe ritior? fieri proculdubio non poteſt. Quāuis tamen omnes illos tam fœliciter numeros abſolueris, non ceſſas quaſi eſ-ſes inferior, ita te demittere, ita humaniter tractare, excipe-re, audire omnes nomine cuiuſdā eruditionis claros, vt qui nuſquā de rebus ipſis audiuerit. Illud eſt quidē certe illud eſt humanitatis ſummæ ſignū. Nec enim qui vel faſtu, vel merito ſuo intumeſcit, vſquam mihi ſuam quantumuis ma gnam commendabit eruditionē. Ipſa nos reddit humanio-res diſciplina, cuius ſine vſu barbari ſumus. Ob id ille diuo rū elogio ſapiētiſſimus inter mortales appellatus eſt, quod plura cognoſcens nil aſſereret ſe ſcire. Ipſe quidem verbo tantum efferens, tu reuera oſtendis quā præ ſe ferebat mo-deſtiā. Solent autē noſtri ſæculi homines præcipue ſi qua-dam, aut naturæ, aut fortunæ dote ſint inſignes, ſtatim bo-na pars intumeſcere, non vſq; adeo omnibus ſe familiares reddere, obuios quidē inferioris fortunæ homines, fortaſſe ſemel atq; iterum excipere, ſtatim faſtidire, cæterū omnes egregie cōtemnere, paruipendere, id vero ſumme aulicum putant. Huc ſane rerum deuenimus, vt apud bonam partē aulicorū noſtrorum vſqueadeo fucus peruaſerit, vt etiam ſi aliquis te ad aliquot dies animo beneuolo complecti vi-deatur, tamen ſentias ſtatim beneuolētiam frigidiuſculam tēpore non procedere, ſenſimq; elabi, & in prima ſua prin-cipia more rerum naturalium redire. Vt enim ipſo exordio fuerat quædam ſimulatio egregia, ita fieri non poteſt, quin tandem fucus ipſe ſe prodat. Tu vero qui nec imaginibus

nec dignitate nec eruditione, nec, quod maximum & præcipuum eſt, virtute omni parte abſoluta vlli clariſſimorum virorũ inferior es, perpetuo te eodẽ oſtendis animo in eos quos ſemel virtutis ergò cõplecteris, nil turpius eſſe putãs magnoq́ꝫ viro indignius, quã tã repẽte incõſtantiã tãtam in cordato homine oſtẽdere. Sed quid his reb⁹ oĩm iudicio ꝓbatiſſimis immoror? Seſe aperit ipſa tua humanitas oĩm vno ore celebrata & virtus vſqueadeo tu[illegible] me deterret, vt poſſim citius ſilẽtio meo, tuarũ virtutũ numerũ illuſtrare q̃ ingenij tenuitate paucula ex tãto nũero attĩgẽdo extollere Virtus eſt eo ingenio vt ſeipſam longe melius depinguat, quã humana poſſit eloquẽtia. Nuſquã a ſeipſa, poſſit eloquẽtia (quã tñ nullã in me agnoſco) reddi inferior. Quod Petrarcha ſua hetruſca lingua paucis aperit. *Ma forſe ſcema ſoe lode parlando*. Tibi autẽ hoc dicatũ ob tã inſignẽ eruditionẽ & rarã prudẽtiã humanitati cõiunctã volui. Tu eñ aliquãdo mihi apud te dicebas opus eſſe iſtos varios characteres edere in lucẽ, vt exteris nationibus oſtenderemus, etiã Gallis ſua nõ deeſſe ingenia, q̃ tãetſi res magnas nõ poſſunt indeſeſſa diligẽtia ac ſtudio cõſequi, hoc tñ laudis habẽt, quod magna quidẽ in quibus, vt ꝓloquor, voluiſſe ſat eſt, adſequi & cõicare cęteris cupiũt. Nuſquã tñ monitis acquieſcere prima frõte volebã, nec p̃ tenuitate poterã. Neceſſe eñ fuit characterũ formatorũ penuria, tabulis exaratis ſculptis ve oĩa edere, quibus ꝑſoluẽdis quũ ipſe his ꝓxime elapſis diebus nõ adeſſes, mihi, ſine ære alieno ſatis eſſe nõ poterã. Ita eñ (vt ſoleo preſſus ſępius conqueri) erã exhauſtus & rerũ ob libros cœptos & ꝑegrinationẽ nudus, vt parũ mihi ſupeſſet vnde hãc vitã philologicã tolerarẽ. Aliud & id quidẽ difficillimũ magis angebat animũ meũ, quomõ tã varij characteres qui etiã dũ recta & ꝓ ſuo more ſcribuntur ſuis hoĩbus maximũ faceſſunt negotiũ, poſſent oẽs a me inuerti vt illos ſculptoribus nuſquã quicquã tale antea expertis deſignatos traderẽ. Vtramq́ꝫ tñ vt potui, difficultatem non ſine tpis & rerũ diſpendio, vt tibi obſequendo reip. inſeruirem ſuperaui. Illa hoc quicquid id eſt debere ſe tibi non mihi fatebitur. Malo enim me obæratum quam in remp.

parum propenſo eſſe animo. Tibi vero morem non gerere mihi etiam nefarium duxerim. Accipe igitur, Reuerendæ in Chriſto pater, noſtræ peregrinationis pręludia, & nomine reipub. a calumniatoribus, quorum natura eſt in ſibi impoſſibilia tantum inuehere, defendas. Volui hoc libello, nō tam oſtendere me poſſe multas, & varias linguas legere, quam proſpicere: ne quicquam haberem quod ſtatim non omnibus communicatum cuperem. Perpetuo enim illud in ore habeo, bonum quo cōmunius eo diuinius. Nolim enim me mihi: ſed patriæ, parentibus, amicis, denique poſteritati natum. In hoc autem me feciſſe puto vt nullus ſit tam rudi ingenio, ſi velit diligentius introſpicere, quin omnes linguas aliquo vitæ humanę vſu commendabiles legat minori negotio, quam latinam, alioqui ipſo vſu nobis familiarē. Nec profiteor ſtatim quandam abſolutam illarum quas trado (ſcio enim futuram mωmi primam obiectionem, omnes me profiteri, nullius eſſe linguæ peritū) cognitionem, quicunque tamen ſit futurus, illi poſſum reipſa perſuadere, me in Latinis, Gręcis, Hebraicis, Arabicis Punicisve & Chaldaicis, non pœnitendam operam pro ætate, tēpore & quaſi perpetuo mihi nouerca fortuna collocaſſe. Interim dum in Coſmographicis elucidandis, moribusque orientalium depingendis ſum, animi in te mei mnemoſynon hoc ſeruato. Vale. Nonis Ianu. 1538.

MICHAEL SCVTARIVS ANTONIO Patuletio ſecretario Regio, S. D.

CVm poſt prouidentiã, ampliſſimi ſimul ac liberaliſſimi principis beneficio, & ſumma in omnes doctos liberalitate, diſciplinarũ omnia genera illũ vigorẽ receperint, qualem fortaſſe nuſquã antea habuerunt, maximam tamen, ſecundum Regis Franciſci fauorem, huius beneficii partem, linguarũ cognitioni debere videmur. Illę enim aperiunt vndenam tot Latini auctores, quæ ſua dixere, deſũpſerint, vnde vera & germana diſciplinarum origo defluxerit, quæ ſi ignores neceſſe eſt te in maxima rerum omnium cæcitate verſari. Huius rei clariſſimum argumentum in elapſis ante fere. 900. annis (ſi paucos ad modum in illis claros homines excipias) in quibus ipſa barbaries rerum potiebatur, habuimus. Quod animaduertens olim Poſtellus noſter, vbi egregie Latinis, Græca, & Hebraica coniunxiſſet, in phyſicis & mathematicis, ſed præcipue in Coſmographia diligentiſſime verſatus, nec ſibi ſatiſfaciens diligenti authorum antiquorum lectione, niſi loca ipſa celebria intueretur, varias regiones, more philoſophorũ antiquorum, peragraret, linguasque alias diſquireret (ſi aliquæ peregrinæ, aliquid lucis & ornamenti diſciplinis. & reip. Chriſtianæ afferre poſſent) perdiſceretque, voluit Africæ celebria littora, Aſiæ minoris notiora, Europæ orientales partes illas tam variis magniſque authoribus celebratas claraſque, quantum per linguæ commercia licuit, diligenter perluſtrare, atque mores diuerſarum gentium, vrbes varias, hominũ ingenia obſeruare, vt inde rediens patrium ſolum ornare facilius poſſet. Tandem, quum videret illic ſine interprete, aut linguarum peritia, hominibus noſtris non eſſe integrum verſari, illam aggreſſus eſt operam quæ in poſterum multis eſſet vſui, obſeruatiſque omnium characterum, ac plurimarum linguarum differentijs, illam præcipue, (nec enim vnus omnia poteſt) perdiſcendã elegit, quam aſſerit, ſi occiduas & Arcticas Europæ partes excipias, in toto terrarũ orbe communem, quæ eſt Arabica. Omnes enim qui Mahometi lege vtuntur, habent hanc linguã in vſu familiari grammatices, quibus alioqui linguæ vulgares, vt ait, ſunt diuerſiſſimæ, tam diuerſis præcipue populis. Quum autem poſt peractam peregrinationẽ ſe apud me, pro ve-

teri noſtra amicitia & conſuetudine recepiſſet, eſſetque aſſiduus ac totus in illis Arabicis, ſeu cõtemnens alios tam varios literarum quos ſparſim attulerat, characteres, coëgi hominem non ſine multis precibus, vt (quod certe ſciebam a multis ſuorum amicorum flagitari in dies) illos in lucem ederet, varietate hominum animos allici, alium aliꝭs capi delectarique ſuggerens, monitis tandem victus, acquieuit, emiſitque, quod aut in ſenium ſeruare, aut omnino ſupprimere volebat. Quia vero in hac re, vt qui hominem repugnantem ad editionem compulerim, aliquam vel diligentiæ & ſedulitatis, partẽ habeo, id quicquid id eſt, pro mei in te animi ſigno tibi dicatum volui. Tu enim es longe diuerſo a multis tui muneris hominibus animo. Maior enim illorũ pars ſunt perpetuo in illa tanquã χρυσοβαναυσία, tu vbi pro officiꝭ ratione, domeſticis rebus non defuiſti, ſucciſſiuas horas, vel legendo, vel cum viris doctis colloquiũ prorogãdo (quod ipſe Poſtellus non negabit) vel ſi res poſcat operam & diligentiã præſtando, impẽdis. Habes in hoc libro pręclariſſimas hiſtorias, De diuerſis Chriſtianis in variꝭs partibus orbis agẽtibus, deq; illorum vario ritu, lectu & auditu iucundiſſima. Vale & tuum Scutarium ama, ac diligentiæ in publicum datæ ſeu cauſam puta.

In duodecim linguarum CHARACTERIBVS DIFFERENTIVM INTRODVCTIONEM, PRAEFATIO.

DAturus in mediũ tam variorũ idiomatum principia mihi videor optimo ordine rẽ ipſam aggredi, ſi quo vſa eſt ipſa tẽporum ſeries in notarum reperiẽdarum ratione, eodem ipſe vtar. Quum autem in confeſſo ſit apud omnes (quod tamẽ ampliſſime in libello noſtro de affinitate linguarum & hebraicæ excellentia, cui hæc præfixa volo, demonſtrauimus) linguam Hebraïcam omnium fuiſſe primam, ab ipſius rudimentis ducam exordium. Deinde ad illas me conferam quas primum ex ea dimanaſſe ipſa affinitate cõſtat, Chaldaicam ſcilicet & Samaritanã quæ eadem, præter characteres, Hebraïca eſt, poſtea Punicam Arabicamue & Indicã tractaturus. Græca & quę ab ipſa effluxere Georgiana & Tzeruuiana ſubſequetur. Armenicæ & Illiricæ vel Hieronymianę quia quoddã medium genus ſunt, quartus locus erit. Latina faciet operis finem, nõ quod ipſa mea vlla opera egeat, ſed ne curioſus lector quicquam in hoc libello poſſit merito deſyderare, & vt ſemel omnes omnium linguarũ articulos obſoluã. Multi hactenus, non ſecus intelligentes ac pſittacus picaue crebro repetita verba, nobis multarum linguarum monſtroſos quoſdam depinxere characteres, ſatis habentes, ſi ſine vllo vſu aut vitæ humanæ cõmodo, rem ipſam oſtentationis cuiuſdam diligẽtiæ gratia latinis obtruderent. Quam vero diligẽter in noſtra Affricana & Aſiatica peregrinatione literis Arabicis potiſſimũ inuigilãs ea q̃ ſum traditurus diſquiſiuerim, facile hoc tã erudito ſęculo indicabitur ab il-

lis qui in Hebraicis vel Græcis, quæ gradũm ad cæteras omnes adipiſcendas faciũt maximum, vel mediocriter verſati fuerint. Interim dũ reipublicæ gratia ad integram punicam grammaticam edendam, illiuſque linguæ traducẽdos latinæ authores me comparo, hoc tanquam noſtræ diligentiæ arrhabonẽ prælibatum volui. Quod ſi probabitur non deeſt nobis ad maiora animus.

¶De lingua Hebraica cæterarum omniũ orientalium parente. Canon generalis.

¶In omnibus omnium gentiũ linguis a quacũq; litera nomen literę incipit ipſa eſt litera, vel literæ quæ nominãtur, vt daleth incipit a, d, ergo d. pſi a ps, ergo ps. Fallit in ſemiuocalibus latinis & aleph & ain oriẽtaliũ, alioquin ſemper verum eſt.

¶Literæ apud Hebræos ſunt. xxij. quarum figuræ & nomina ita habent quæ peruerſe leguntur hoc modo.

9	8	7	6	5	4	3	2	1	Numeri
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א	Figura
teth.	heth.	zain.	vau.	he.	daleth.	gimel.	beth.	aleph.	Nomen
		z	v	h	d	g	b.v.	a,e,i,o,u.	Ptãs.

200	100	60	80	70	60	50	04	30	20	10
ר	ק	ץ צ	ף פ	ע	ס	ן נ	ם מ	ל	ך כ	י
res.	coph.	zadic.	phe.	ain.	ſamec.	nun.	men.	lamed.	caph.	iod.

400	300
ת	ש
tau.	Sſin.

Vbi duæ figuræ ſunt: altera in fine tantum ſeruit.

Carent illi vocalibus quarum loco puncta habent ſupra vel infra literas collocanda, quorum figurę & nomina ſequuntur.

Quantitas,	figura,	nomen,	poteſtas.
a longum.	ָ	Cametz	a obſcurum.
a breue	ַ	Pathah	a clarum.
a breuiſſimũ	ֲ	Hateph pathah	a declinãs ad e.
e longum	ֵ	tzere	e clarum.
e breue	ֶ	Segol	e declinãs ad a, vt in vltĩa vatés.
e breuiſs.	ֱ	Hateph ſegol	e.
i longum	אִי	hiric. i. ꝑpter ꝑuũ pũctũ א aſcribitur hic	
i bre.	אִ	hiric	vt in holem.
o longum	אוֹ	holem vel vau holem.	o.
o breuiſs.	ֳ	hateph cametz.	o.
u longum	וּ	ſurec vel vau ſurec.	u.
u breue	ֻ	Kibutz vel kibutz ſephataim vel me=lopum.	v.

❡Seua pũctum eſt breuiſs. valens e, dicitur alio nomine hateph, id eſt, corripiens. e

❡Lectio ſeu ſyllabarium ex longis ſyllabis.

אָ אֵ אִי אֹ vel אוֹ אוּ בָ בֵ בִי בוֹ בוּ גָ גֵ גִי גֹ גוּ

gu, go, gi, ge, ga, bu, bo, bi, be, ba, u, o, o i e a

❡Ex breuibus & breuiſs.

הַ וֶ זִ הֹ טֻ יָ כֶ לִ מֹ נֻ סָ עֲ פֶ צִ קָ רֹ שָׂ תֻ

thu, ſa, ro, ca, tzi, fe, a, ſa, nu, mo, li, che, ia, tu, ho, zi, ue, ha,

Sunt & alia duo puncta, non ad ſyllabas, ſed ad conſonãtes immutãdas ſeruientia. vnum vocatur daghes & poteſt poni in omnibus conſonantibus præter quam in א ה ח ע ר quæ ſunt gutturales (quãuis em̃ ponatur in הּ punctus ſimilis, non eſt daghes ſed mappic. i. punctus valens in Hebræo eius, ea, eam fœmi. Chaldæis vero eius, ei, eũ. maſc.) & duplicat ſonum earum. Nempe ex ב beth quod ſine eo eſt β græcum, fit be, ex phe, fit pe, ceteræ duplicantur, quæ omnia mox in lectiõe patebunt. Alterum non punctũ proprie

ſed virgula ſupponi ſolita eſt his ſex literis tantū בגד כפת tenuandi illarum ſoni gratia. Sunt & alia pūcta vt quod ponitur, ſupra ש literam, ſi in dextra parte vocatur, ia min. id eſt, dextra. tunc ſin eſt ſſ, duplex, vel ſch. ſic שׁ, ſi in ſiniſtra dicitur ſmol, valet s, ſimplex. Alia punctorum genera ad accentus referuntur, de quibus nūc nō decreui dicere volens diligentem lectorem ad Reuchlinum Phorcenſem qui primus latinis illos tradidit, remittere.

¶Diuiſio literarum.

gutturales	אחהע	achha	Ita dictæ voce fictitia, ab inſtrumēto cuius potiſſimum officio proferūtur.
palati	גיכך	gichac	
dentium	זסשרץ	zeſaſchratz	
linguæ	דטלנת	datlanat	
labiorum	בומף	bumaph	

Literarum aliæ.

Seruiles. xi, אבהויכלמן שת, quæ de thematis eſſentia eſſe poſſunt vel adiectitię.

Radicales. xi. גדז פטמעף צקר quæ perpetuo ſunt de thematis ratione, nec vſquam abeſſe aut deſyderari poſſunt, vt ſeruiliū bona pars.

Diuinę אהוי eheui hīc dictę quod illis ſoleat nomen diuinū ſcribi, propterea quodam vſu hę quaſi reuerētia faciunt ne litera prima in dictione altera proxime ſequēti habeat dagghes, aut proferatur duriuſcule, eędem dicuntur

Quiescētes quod poſſint loco ſui in dictionibus relinquere punctum lōgum, & non aſcribi.

Defectiuæ dictæ ſunt literę quę loco ſui nō relinquunt punctū longū ſed dagghes, qualis proprie eſt ן nun in principio thematis, tñ oēs literæ duplicatę in fine poſſunt ita dici, quia vna ſeruatur in dagghes.

In illorum gratiam qui viua præceptoris voce ad lectionem deſtituuntur ſubiungam aliquot oratiunculas latinis characteribus expreſſas & expoſitas inuerſis latinis literis, vt litera literæ & ſyllaba ſyllabæ reſpondeat.

ראשית חכמה יראת יהוה: אשרי איש ירא את יהוה
reſchith hochmah ijreath iehouah· Aſchre iſch iare eth iehouah
principium ſapientię timor domini, beatus vir timens dominum

יהי שם יהוה מברך מעתה ועד עולם אמן אמן
Iehi ſchem iehouah meborach meata vead holam amen amen
Sit nomẽ domini benedictũ ex nunc & vſq in ſeculũ fiat fiat.

לא לנו יהוה לא לנו כי לשמך תן כבוד על חסדך על אמתך
lo lanu iehouah lo lanu chi liſſmecha ten cauod hal haſdecha al amitecha
non nobis dñe non nobis ſed nomini tuo da gloriã ob mĩam tuã & veritatẽ tuam

על אלהים ישעי וכבודי צור עזי מחסי באלהים
al elohim ijſſei vcheuodi tzur uzi mahſi belohin
In deo ſalus mea & gloria mea vis virtutis meæ ſpes mea in deo

חטאת נעורי ופשעי אל תזכר כחסדך זכר לי
hatoth neurai vpheſchaai al tizcor chehaſdecha zechor li
pctõrũ iuuẽtutis meę & prępuaricatiõis meę ne memineris, iuxta mĩam tuã dñe miſerere mei.

קדוש קדוש קדוש אדוני אלהים צבאות ברוך הבא בשם יהוה
והוא ישוע המשיח צורנו מחסנו וצדקנו מוחה כל פשעינו
ותוקעם בעץ קוטל את מותנו במותו

Sanctus ſanctus ſanctus dominus deus exercituum. benedictus veniẽs in noĩe domini, & ipſe eſt Ieſus Chriſtus fortitudo noſtra, ſpes noſtra, iuſtitia noſtra, delẽs omnia peccata noſtra & affigẽs illa in ligno, occidens mortem noſtram cum morte ſua.

Officia literarum.

Decreueram reſeruare hæc literarum officia in libello noſtro de hebraiſmi excellentia cum ipſis tabulis coniugationum & nominum, niſi de huius linguæ præſcripto penderent cæterę. Vnde viſum eſt rem ipſam paucis tradere.

Literarum aliæ ſeruiunt in principio tantũ, aliæ in principio & fine, aliæ vbique.

In capite
אֶלְ בַשׁ

Aleph primã perſo.ſingul.futuri tempo: vt שָׁמַר cuſtodiuit אֶשְׁמוֹר cuſtodiã.& aliquan do nomẽ deriuatiuum.
Lamed.in,ad,pro,ꝓpter.& eſt ſignũ datiui.
Beth.in,cũ, iuxta. Sſin: qui quæ quod, & ꝙ coniunctio.

In cap.& fi.
כֶן הֶם

Caph in principio aduerbium eſt ſimilitudi nis,vt,ſicut,velut.in fine tuus,tua,tuum.
Num facit primam perſonã pluralis nume. futuri temporis.in fine,earum,eis,eas.
He eſt articulꝰ genitiui, emphaſis interroga, ſignum coniugationis,in fine, nota fœmini. motus ad locum,relatiuum,mapic.fe.de quo diximus.
Mem.a,ab,ex,de,format noĩa & participia, & comparatiuum.In fine,eorum iis,eos.


Vbique.
יות

Iod facit perſonam futuri tertiam vtriuſq; numeri. in medio conſtituit nomen ac ver= bum hiphil in fine meus mea meum,& plu ra.quieſcens.
Vau coniunctio, & in medio nomen conſti= tuit.in fine eius ei eum.
Tau eſt ſecunda perſona futuri maſc.& ter= tia fœmi.in medio coniugationem hith pael in fine.loco,he.

Nomina ipſa & verba in tabulis habebis.Cætera ex ipſis grãma- tices authoribus tibi cõparabis.Ex Hebræis diligenter tractauit Ra- bi Moſe Kimhi in michlol Sarraſin & compendio ſuo, Elias Germa nus quo vſus ſum Venetiis in Sepher Habachur, pirlze Sira, & Har cauah, Abraham abalmis mihi videtur prolixius rem ipſam tracta re.Ex latinis Reuchlinus,Sanctes Pagninus,Campẽſis,Munſterus, di ligenter tradiderunt.Franciſcus Vatablus lector regius tam diligen ter docet vt nil poſſis merito requirere.

De lingua Chaldaica.

HAC VTVNTVR HODIE IN grāmaticis,& ſacris (alioqui vulgaris ſermo Arabicus his eſt)quāplurimi Chriſtiani qui in tota Syria habitāt, ſed pręcipue circa montem Libanum. ad.4000.hominum , vulgo Chriſtianos de zona dicunt. Habent vetus & nouum teſtamentū his characteribus depictum nō ſecus ac nos. Aſſerunt autem quidam illorum iam a Chriſti tēporibus ad noſtra habuiſſe eoſdem characteres,vnde cōiector reuera Chaldaicā eſſe, quāuis aliqui circūferant in talmudicis libris,& cabaliſtis quoſdam alios, quos de tranſitu Fluminis vocant.eos volui ſecūdo loco,quia nomine,& poteſtate,& numero cum Hebræis conueniunt adſcribere . Nil tamen vſquam quicquam ſcriptum in his reperi, præter quandam Cabalā, cuius mihi copiam fecit Moſe Almuli medicus Regius Iudęus apud Conſtantinopolim.In hac autem de qua nūc agere decreui, vtrūque teſtamentum vidi.Quoſdam etiam ex libris meis Arabicis in margine diligenter hoc charactere notatos habeo . Magna ſpes eſt poſſe haberi ab illis genuinum Matthęi exemplar,cui rei diligenter inuigilat Daniel Bombergus , cuius officio debemus Hebraicas literas. Is mihi Venetijs nuper oſtendebat Euangelia illorum characteribus deſcripta:putās futurum,vt fructus aliquis inde fieret, ſi characteribus Hebræis illas emitteret . Vir ad rem Chriſtianam ornandam natus, Frater Ambroſius Papiēſis Ferrarię habet excuſſas formas.Fuit neſcio quot annos apud ſummos pontifices conductis inde a Syria hominibus doctis verſatus diligenter in hac . Illa igitur erit primo loco,quæ eſt a tranſitu Fluminis ſecundo. Literæ vt Hebræis vigintiduę. Vbi ſunt duæ figurę.Prima eſt principij,& medij,altera finis. Iunxi aliquando penuria characterum ipſas abbreuiationes. Quanuis eo Canone quem pręfixeram Hebræis characteribus,vbi dicebā, A quacūque litera nomen nominatæ literæ incipit, ipſa eſt litera vel ſunt literę quas requiris,potuiſſem doctioribus & melioris iudicij viris non adſcriptis literis latinis quibus peregrinæ æquiualent,ſatiſfacere, volui tamē vt omnibus ex æquo inſeruirem vel a muſis, ipſas latinas literas addere.quia aliquādo regula,potuiſſet inferioris iudicij homines torquere . Omnia igitur boni conſulēt cādidi lectores.




oleph aleph,a,e,i,o,v.
beth beth.b.vel v.cõſon.
gomal gimel.
dolath dalet: d
he h
vau v
zoin zain z
Heth hh
teth tethlamed theth,t, t,l
iod
choph chaph ch
lomed la l
mem m
nun n
ſomech ſamec s
Hoin hain a,e,i,o,u.
phe p,vel ph
tzode tz
coph c
res r
ſin ss
thau th
abram a
eſai e
Iſaac i
odum o
vria u

Puncta quibus loco vocaliũ vtũtur.

a,ba,da,ga.
he,ue,ze,ghe,
ti,ij,h,ni.
ſo,ho,co,tzo.
cu,ru,ſu,tu.
amen
eloha deus
ieſua Ieſus
mariam maria.

Poſt tradita elementa, puncta, & ſyllabas viſum eſt ſubiungere aliquot precatiunculas, vt in his legendis cum pietate lectionis fructum referat lector. In primis autem ipſa oratio dominica proprijs eſt ſculpta characteribus, tũ aliæ, pictura Hebraica, que eodem plane claracterũ modo conſtat.

Pater noſter, ſecundum Mattheum.



1 A bon debiſmaia nitlza
das ſmech, 2 tata malchu
tach. nehuah tzebnach
ech 3 debismaia aph
beara heb lan lachma
4 deſanlzanen iomna
veſabuc lan 5 hatohin
echena deaph chann ſaba
can. 6 lehatin. vela ta-
alan leniſaiona 7 ela
phetzn min biſſa, matul
dedilech. 8 hi malchu-
ta vehailla vetasbuchta
9 alem alamim amen.
10 mebarich hu eloha ve
maran maſchiach 11 ie-
ſuah Amen.
12 la lan marana la lan
ela lesmech. 13 heb taſ-
buchta al chananatach
14 ſchalem lechi malta
tebuta maran 15 hima
chi mebarichta anthi be-
naſa vm. 16 ebarich hu
phara debecreſechi Iehua

Verſio latine, verbum ex verbo ſpacijs,
verſum ex verſu, numeris cognoſces.

Pater noſter qui in celis, ſanctificetur nomen tuum.
2 Veniat regnum tuum, fiat volũtas tua, ſicut 3 in cœlo,
etiam in terra. Da nobis panem 4 quotidianũ diebus no-

C

ſtris ; & dimitte nobis 5 peccata noſtra , ſicut & nos di-
mittimus 6 peccantibus in nos. & ne inducas nos in ten-
tationem, 7 ſed libera nos a peccato: quoniam tuũ 8 eſt
regnum & potentia, & gloria 9 in ſecula ſeculorum amẽ,
10 Benedictus deus , & dominus noſter Chriſtus 11 Ie-
ſus Amen. 12 Non nobis domine non nobis, ſed nomini
tuo 13 da gloriam, propter miſericordiam tuam. 14 Pax
tibi plena gratia, dominus 15 tecũ, benedicta tu inter mu-
lieres , & 16 benedictus fructus , qui in ventre tuo eſt
Amen.

¶Quãuis diligens lector & in Hebraiſmo mediocriter ver ſatus, poſſet ex hoc videre cum hebraiſmo magnam affinitatem , ſubiungant amen adhuc quędam characteribus quidem Hebraicis ſed verbis Chaldęis. ita eñ cogit characterum & formarum penuria.

Pater noſter, Secundum Lucam.

אבון דבשמיא נתקדש שמך תאתא	Pater no. q. in cœ. ſan. n. t. a.
מלכותך נהו צבנך איך רב	regnum. t. fiat volun. t. ſic.
דבשמיא אף בארעא הב לן	quod in cœ. etiã in. t. Da. n.
לחמא כל יום וסבוק לן חטהין	panẽ quo . & di. n. pec. no.
אף חנן גר סבקין לכל רחבין	ſic. nos etiã parci. oĩbꝰ pec.
לן ולא תעלן לנסידנא אלא פרקן	in nos. & ne idu. n. ĩ. t. ſ. l. n.
מן בישא אמן	a malo Amen.

Canticum Zacharię, ex Luca.

מבריך הו מריא אלהא	Benedictus eſt dñs deus
דיסראיל וסער עמה	iſraelis, qui viſita. po. ſuum.
ועבד לן קרנא דפורקנא	& fecit nobis cornu ſalutis
בביתה דדויד עבדה: איך	in domo Dauid pu. ſui. ſic.
דמלל בפומא הנביוהה	locutus fue. ꝑ os ꝓphe. ſuo.

קדישא דמן עלם:	ſanctorũ, qui a ſeculo(fuerunt)
ונתפרקן מן כלי בבין ום	quod liberaret nos de omni.ini.
ומאידא דכלהון סנאין	& de manu omniũ odientiũ nos.
דעבד חננה עם אבוין	quod faceret miſericor.cũ pa.no.
דניהר לדיתיקו. קדשתא	& recordaretur teſtamen. ſui ſctĩ
ומומתא דימא לאברהם	& iuſiurandi qđ iu. ipſi Abrahã:
אבון ונתלדן ונתפרק	patri nr̃o, vt daret nobis, vt libe,
מן אידא דכלי בבין ודלא	de manu omniũ inimi.&.v.ſine
דחנא נפלותי. קדמו כלהון	timore libe.corã ĩpo(ſtemus) oĩ.
יומתן בכא נותאובזויקותא	diebus no, in ſctĩtate, & innocen.
ואנת טיא נביה דעליא תת	Tu aũt puer, propheta altiſſimi
תתקרא תאזל גר קודם	diceris, procedes enim ante
כרצופה דמריא דתטיב	faciem domini ad parandam
אורחה: דנתל מדעא דיתא	ſemitam eius. vt det ſcientiã ſalu.
לעמה בשבוקתנא דחטהיהון	populo ſuo in remiſſio. peccato.
ברחמא דחננא דאלהין	per viſcera miſericordiæ dei no.
דבהון נסערן דנחא מן	quia in iſtis viſita. nos, ꝙ ort⁹ ẽ ex
רומא : למנהרו לאילין	alto. vt illuceſcat illis,
דבחשוכא ובטנא דמותא	qui in tenebris, & in vmbra mor.
יתבין דנתרוץ רגלין	ſedent, vt dirigat pedes noſtros
באורחא רשלמא :	in viam pacis.

Hæc ſatis erunt pro introductione. Cæterum grammatica nil differt ab ea, quã Mũſterus tractauit, illic lectorem diligẽtem remittam. Tãtum enim characteribus vt & quæ eſt a tranſitu fluminis differt. Quantum autem ipſa liugua Chaldaica prodeſt verſaturo diligẽti⁹ in ſacris, ſatis illa paraphraſis, ſeu targum totius veteris teſtamenti tam Ionate quam Anlzelos declarat, vbi rerum omniũ futurarum expoſitio clariſſima, obſcurarum dillucida explicatio, & quæ vna Iudæos conuincat approbantes,

De lingua Samaritana,

QVAE HEBRAICIS, ET PRISCIS VTITVR CHARACTERIBVS.


HAc vtuntur hodie permulti Iudæi in Syria habitātes, qui a cæteris dicūtur Somronim, id eſt, Samaritāi. Tres enim pręcipue Iudæorum ſectæ in orientalibus partibus ſunt. Cōmunes, q̃ vocātur Talmudijm, id eſt Talmudiſtę, qui hominum ſuę legis placita exponētiū omnia ſomnia & deliramenta mordicus tenēt, & ediſcunt. Alij dicuntur Caraim. i. lecturarij, ſi liceat verbum effingere, qui reiectis hominum documētis omnibus tantum ſacra amplectuntur, obſeruant ditiſs. hominum genus: ſed vſqueadeo cæteris inuiſum, vt bona pars virginū illorum quia per affinitatē, & paucitatē non ſibi ſatis ſunt, innupta maneat. aſſerunt inſuper communis opinionis iudæi, ſi accideret vt Chriſtianus, & Caraimus vnus demergerentur vna pari vtriuſq; ſaluandi poteſtate, pontē ſe eſſecturos corpore Caraimi ad ſaluandum chriſtianum. Tertium genus eſt Samaritanorum, quorū meminit Hieronymus in prohemio libri Regum, qui me non parum incitauerat ad illorum requirēdos characteres. Illius verba ſubiungam. Viginti & duas literas eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque lingua teſtatur, quæ hebreæ magna ex parte confinis eſt. Nam & ipſi. 22. elementa habent, eodem ſono, ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam pētateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitant figuris tātum & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram poſt captam Hieroſolymam: & inſtaurationem tēpli ſub zerubabel, alias literas reperiſſe, quibus nunc vtimur, quum ad illud vſque tempus, ijdem Samaritanorum, & Hebręorum characteres

fuerint hactenus Hieronymus, qui quãuis ſatis aperiat eſſe iſtos veros, & genuinos antiquoſq; linguæ Hebraicę characteres, tamẽ meã partem puto aliquantũ confirmare. Quid autem mouerit Eſdram virum alioqui doctum, & antiquitatis amatorẽ, vt relictis ſanctæ linguæ characteribus, apud partem gentilium ſui populi, alios inueniret, operepretium eſt conſyderare. Quum poſt Solomonis mortem obortum eſſet bellum inter diuerſas tribus filiorum Iſraël, rexque eſſet loco Solomonis filius eius Roboã, is iniquo reſponſo abegit a ſe populum. Petebat enim afflicta plebs, vt de ſumma tributorum exactione, quam Salomon nõ ſapiens, ſed in hoc egregie ſtultus per præfectos exigebat, aliquid remitteret, is cõſilio iuuentutis, & adulatorum citius, quam ſenili & probato fretus reſpondit, tantũ abeſſe vt aliquid remittere vellet, vt etiam longe grauiora imperaret. quo reſpõſo miſer populus & omnino exhauſtus, cõmot⁹ cœpit detrectare illius imperium, & tum 10 tribus elegerũt Ieroboam, duæ tantum imperata fecerunt, Iuda ſcilicet & Beniamin, vbi mihi admiratio ſubit fœcunditatis peruerſi populi, quam coaleſcebat mirũ in modum, vt in duabus tribubus & vna eaq; ſatis ſterili in loco ſita vrbe. 180. milia armatorum reperirentur. Iam deſino mirari ſeptingenta illa millia hominum, quæ emittebat imperij Romani pertinax emula Carthago. Alter autẽ Hierohobam accerſitus in regnum, non ſatis fidens multitudini niſi varia & diuerſa religione animos ſuorum alliceret, & ne ſenſim frequẽtando Hieroſolymis ſacrorum gratia, a ſe deficerẽt, illa præcipue ſacra & q̃ ſciebat populo placere, & q̃ in ægypto apud Serapim vituloſq; dudũ fama imbiberãt exhibuit, fecitq; breui, vt Populi animus plane a deo, & optima hæreſi deſciſceret. Sicq; ea occaſione factum eſt bellum inteſtinum. Illi Hieroſolymis ob ſacra pugnabant, hi extra, idola cum licentia, & impunitate ſcelerum omnium coniungebant. Vnde factũ eſt, vt vinea domini in ſe diſperſa ducta ſit in captiuitatem, ob peccata populi: quæ quia occaſione regum Samariæ, & ſacrificantium idolis & extra Hieruſalem contigerant, pars

illa,quæ cum ſacris literis colebat idola hæretica,& indigna
cum qua conuerſarentur vel cõmunitate characterum,a vi
ro probo merito iudicata eſt. Statimque poſt captiuitatem,
animũ diuerſis characteribus reperiendis appoſuit.Quod
autem hæretici & gentilibus deteriores,cęteris viderentur
& eſſent, teſtantur multa ſacrarum literarum in nouo teſta
mento loca præcipue vnus,vbi ille qui a Chriſto in para=
bola,animo(quanuis Samaritanus ſeu ethnicus) magis pio
& ſyncero declaratus eſt,in illum,qui inciderat in latrones,
quam ſacerdos qui legis intumeſcebat gloria. Chriſtus em̃
vocabat plebem ſuam non plebem ſuam. Huic accedit illa
diuinæ gratiæ ſiticuloſa,quæ ad puteum venerat,ac ſuæ gẽ
tis ritu rogabat nun pro cõſuetudine,adorari deus deberet
Hieroſolymis,aut in Samaria vel in mõte. Cui ſummus il=
le ſalutis author ait, vt nec προσωποληψίαν apud deũ ita nec
olim loci futurum. Ibidem illa mulier ſatis aperit inteſtinũ
odium,quod Iudæi cum Samaritanis habebant.hoc mutan=
dorum characterum ſi quid conijcio,fuit cauſa. Eſſe autem
huius modi formas antiquas,argumento mihi fuere numiſ
mata argentea,magnam admodum antiquitatem repreſen=
tantia, quæ excuſſa vidi apud ipſos iudæos, qui ea vſque=
adeo magni theſauri loco ducũt,vt vnũ(quod alioqui quin
cũce non æſtimes) non potuerim mihi duobus aureis nu=
mis redimere,aſſeruntque eſſe a temporibus Solomonis.
Quum autem has meas de cauſa mutationis characterũ(nõ
quidẽ illas nouo teſtamento confirmatas)coniecturas ipſis
Iudæis aperirem:dicebant eſſe veriſſimas,& a multis ſuo=
rum doctorũ ſcriptas.Iũgebantq; nil aliud eſſe cauſæ (quũ
alioquin ipſos Samaritanos cane peius & angue oderint,
quos vix colloquio dignos putant)cur ita chara illa numiſ=
mata habeant,niſi quia illi characteres illic exculpti,olim ſi
bi in vſu familiari fuiſſent,quaſi natura quadã illos ad pri=
ſtina reuocante. Aſſerũt etiã in dies Hieroſolymis,quæ ho
die Chus aut Chuſſembarich dicũtur, in macerijs & rude=
ribus profundiſſimis hæc crebro ab effoſſoribus reperiri,
eſſeq; antiquitatis certiſſimum argumentũ quod illic ſcri=

bitur, Hieruſalem ſancta, quam Samaritani ipſi a tempori-
bus Salomōís nec ſunt ingreſſi, nec ſanctæ nomine digna
ti ſunt, vt qui adorarent in monte extra Hieruſalem, & co-
lerent idola, ſemigentiles & ſemiiudæi. Vnde lōge abeſt vt
voluerint vrbem, quā habebant aduerſariā & odioſiſſimā
ſuis characteribus celebrare. Exculpendū illud numiſma
mihi curaui, & hic adſcribēdum. Quod autem temporibus
Hieronymi etiānū conuenit, Illi Iudæi Samaritani tantū
πεντάτευχον, id eſt quinqꝫ moſis libros recipiunt, alias hi
ſtorias & prophetas loco fabulę, & deridiculo habēt. Adau
gent meam coniecturā, quod illud magnum nomen dei te-
tragrammatum, admodum conuenit in Græcis exemplari
bus cum ΠΙΠΙ, duo enim iodin יי vt depingūt etiā-
nū nomen ineffabile Iehoua, aut adonai, idem faciebant a-
pud illos, ſic ΠΙΠΙ. & nunc eſt illis in vſu vt nomen
tetragrammatum ita pingant. Punctis hodie quæ habebāt
Hieronymi temporibus, carent, leguntqꝫ ſine punctis de-
prauate admodum. Illorum grammaticam proprijs chara
cteribs depictam, Arabice vero explicatam mihi magno
ab vno illorum redemi, & in Galliam attuli. Quum autem
ipſiſſima ſit hæc lingua Hebraica, præter alphabetum, &
numiſmata nil ex ea adſcribere volui.

Alphabetũm Hebraicum antiquũ, nũnc Samaritanorum.
Prima figura typographica eſt altera chirographica.



aleph a,e,i,o,v.
beth b. vel v. cõſonans
gimel. g
daleth d
he h aſpiratio leuis.
vau v conſonans & vocale.
zain z
Heth hh aſpiratio fortis.
teth t
iod i vocale & conſonum.
chaph ch k hebr.
lamed l Hebræorum eſt inuerſum.
mem m
nun n cõuenit hebræ.
ſamech s
hain a,e,i,o,u. aſpirata.
phe ph, vel p.
tzadic tz, vel zz, Italorum.
coph k
res r
ſin ss hebr. conuenit.
thau th



ירושלים הקדושה Ieruſalaim halzedoſſah.
Ieruſalem ſancta.
שקל ישראל Selzel Iſraël
Pondus ſeu numiſma Iſraël.



Grammatica ipſa nil differt ab Hebraica, ideo vbi characteres differentes habes, omnia habes.

Grammatica Arabica

Guilielmus Poſtellus
Lectori.

Ne quid noſtri conſilii ignores candide lector, quum characterum difficultate in ſculptis tabulis, multos eſſe perterritos viderem, quod eſſent difficiles & male formati, volui loco illorum quaternionum hic inſerere grammaticam typis excuſſam, vt quos difficultate abegerat, facilitate & pulchritudine reuocet. Vale.

VENAEVNT PARISIIS APVD
Petrum Gromorſum, ſub Phœnicis ſigno,
prope Collegium Remenſe.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI OLIVARIO Epiſcopo Andegauenſi, Guilielmus Poſtellus. S.D.

NVnc vero tẽpus eſt, vt pro tuo in ſe animo tibi gratias quaſdã reſpublica habeat, cui illud acceptũ debet referre, quod totius Africæ & Aſiæ cõmercio lingua vna, illa vti poteſt, quã tu ſumma liberalitate eò vſque fouiſti, & euexiſti, ea vt formatis & exculptis prodeat characteribus. Illa caput antea exerere & quaſi prima lucis apud nos rudimenta in noſtris linguarũ introductionib9 haurire geſtiebat, citius quam prodierat, nũc vero tuo in ſe beneficio, propenſo in me amore, ſũmo in remp. ſtudio, ipſa nõ modo ſe totũ id tibi, quod libere vagabitur & per ora & man9 volitabit hominũ, ſed quod exornata & ſuis omnibus numeris abſoluta prodierit, debere fatebitur. Hęc in noſtrarũ linguarũ præludiis ita mi ſerè fecerat gradũ, vt loco alliciendi multos abegerit, illisque pro amore odiũ ſui ingenuerit, quod ſcz a ſculptorib9 illam primã labem accepiſſet, vnde velut miſer ſorex indicio perierat ſũo, terſa vero nunc omnibus obuia hilaríque vultu quos abegerat ſcatens, reuocat, quãobrẽ, non quidem vanas laudes ſed ſummas & immortales perpetuo eſt habitura, quod populis barbarie immanibus relictis, ipſa veluti in coloniam humanitatis plenã tranſlata ſit, id ſcz ſperans, vt olim ediuerſò ſuis vitæ cultum ſanctiusque vitę quoddã preſcriptũ poſſit inde referre, faceréque vt hauſta hinc veritate e tenebris ad lucẽ eos adducat, in qua re mihi ſane aliquid laudis etiam vendicare audeo, at tu ſane, tanto maiorem habebis, quanto pręſentius & gratiori animo paratoque in illud opus beneficium contule-

ris, alaſque & homini & rei feceris, hoc ſeculo, vbi verbo mille mecœnates noſtros totos (ita enim dicitur) re autē ipſa adeo paucos vt verbo multos habeas. At vero nō tantum te iſta cōmendat liberalitas ſed literarum & linguarum triū vt ſumm9 amor ita etiā ſumma cognitio, in qua re mihi non eſt immorandū quum inter tui ordinis viros nullū habeam quem tibi poſſim opponere, ſed ne inter illos quidē qui in ipſis verſantur aſſidue. In cœlū laudibus euehēdos potiſſimum illos cenſeo, qui illis maxime egent, quos ſcz virtus ipſa nullius indiga ſępe deſtituit. at quos ipſa omnifariam ornat, mortalibus verbis onerādos volui dicere honorandos, non iudico, quū virtutē incolumē odio habeant improbi ſublatā ex oculis requirant, quā ipſi probi, rara progenies, non poſſunt non amare perpetuo & amplecti. Vale.

PRAEFATIO.

HAEc eſt omnibus religionis Muhamedicæ cultoribus grammatica, & vſqueadeo orbem totum occupauit, vt ſi trifariam inque tria æqualia totam habitabilē diuidas, vix vna pars extra hanc poſſit reperiri. Habet totam Africam, præter Nubianam illam regionem, quę a Præſtano Chriſtiano incolitur. Tota Aſia a noſtris litoribus per antipodes vſque ad illam partem quæ in occidua noſtri hemiſphærii parte eſt, hac vti. Quos enim primos hominum ſua nauigatione orbem totum ab occidente per antipodes in ortum luſtrando Magellanus vltra Americam reperit in maioribus Moluccarum inſulis, illi nugas Muhamedis obſeruant. Ad Taſchaltical & Curiſtical ac Temiſtitan, quāuis præcipua pars Idolatræ ſunt, hæc peſtis peruenit. Præter quoſdam Indos & Narſinganos, quos fabula non eſt dæmonem colere ne ſęuiat, tota Aſia illius dogmata āplectitur. Iam & in Europa hęc peſtis graſſatur occupatque totam Græciam, Macedoniā, Thraciam, Daciam, Zagyges ſeu Hungariæ partem, Seruiam & Boſnā, quæ eſt pars Pannoniæ, ſuperioris, vt nulla ſit hodie lingua, nec vſquam olim fuerit, quæ in tot orbis partibus locum habeat. Taceo genera diſciplinarū præclariſſime ab illius linguæ authoribus per-

tractata. Aſtrologiam, & rei medicæ praxim illis debemus. Nugentur quicquid velint neſcio qui neoteriſtæ, qui maledicendi quadã libidine ſibi nomen redimere eruditionis volũt. quum tamẽ (auſim deierare) nullus ſit hodie virorum doctorũ & in melioris notæ praxi exercitatorum, quin poſtquã egregie a Galeno hauſit ipſam theoriam verſetur in Arabibus. Quis enim neget ſæcula proficere ſemper? Galeno ars proſcripta, tanquam ab inferis reuocanda fuit, & contra tot mõſtra Aſclepiadarum, Theſſalorum, Eraſiſtratiorũ, multum verborum ad rem parũ conducentium coactus fuit dicere, vt poſſint multa longe minori compendio tractari, quam fecerit ipſe. Adde neminem vnquã artem reperiſſe & conſummaſſe. Quam multa autem quæ fœliciſſime nobis hoc ſæculo ſuccedunt, Arabib⁹ ſolum, non Galeno debemus? Nolo recitare omnium medicinarũ temperamentum ſacharum, rhabarbarũ (nec enim hodie quod nũc habemus antiquorũ eſt, ſed a traditiõe pœnorũ) turbit, ſene, mãna quę pręſtãtiſſimę ſũt medicinę, & cõpoſita illa ſcherab, giulab, ſuffuf, lohoc, roob, & huiuſmodi, quæ ita nobis ſũt in vſu, & ſingulari commoditate, vt ſine maximo detrimẽto tolli nõ poſſint. At dices, nun vis hoc erudito ſæculo, nos haurire rem medicam ex tanta barbarie? quum poſſem illud cum Celſo dicere, morbos eloquẽtia non curari, illud vnum requiram a vobis. Quis in melioribus ac latinis diſciplinis, vel mediocriter verſatus, voluiſſet ante. 20. annos in ſumma illa veteris trãſlationis Galeni barbarie verſari? adeo erat interpretũ & tẽporis vitio corruptus, vt a ſe ad magisbarbaros abigeret. Nunc vero vbi illius lingua innotuit, vbi latine a latinis hominibus datus eſt, omnes allicit, incitat. Nonne cenſes idem futurũ ſi ſemel per illius linguæ familiaritatẽ latine hi loqui ĩceperint? nõ ne putas interpretum vitio illic multa admiſſa minus probe? At in illis ſunt errores, nec deſunt apud Galenum, Ariſtotelem, & quẽlibet antiquorum quæ poſſint repræhendi, ac falſa oſtendi. Sed vbi numerus minor, illic certe citius recurrẽdum: Quid? quod videas dilucide & clare dictuũ apud Aben Sina vno aut altero folio tantũ, quod vix Galenus cũ ſuo Aſiatiſmo quinq; aut ſex libris maximis abſoluat? Sed miſſa hęc faciam⁹. Satis magnã huius linguæ vtilitatẽ cognoſcebant pręclari illi viri in conſilio Viẽnenſi, vbi ſalaria repręſentari viris doctis, qui Græcas, Arabicas, & Hebraicas litteras docerent, ſtatuerunt. Viſum eſt autẽ operępreciũ ſubiungere decretũ de ſumptũ ex Clemẽtina de magiſtris. Vbi Clemẽs quintus multis variarum linguarũ cognitionẽ neceſſariã oſtendit, ſic ait. Vt igitur peritia linguarũ huiuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciã

obtineri, hoc ſacto approbāte cōſilio, ſcholā in ſubſcriptarū lingua rum generibus, vbicūque Rhomanā curiā reſidere contigerit, necnon in Pariſienſi, Oxonienſi, Bononienſi, & Salamantino ſtudiis, prouidemus erigendas, ſtatuentes, vt in quolibet locorū, teneantur viri catholici ſufficientem habentes, Hebraicæ, Arabicæ, & Grçcæ linguarum notitiam, duo videlicet vniuſcuiuſque linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de līguis ipſis in latinum fideliter trāſferentes, alios linguas ipſas ſolicite doceant, & cætera quæ ſequuntur de ſalariis a prçlatis, monaſteriis, capituliſque reprçſētādis, quç omnia magnum vſum linguæ affirmant. Eſt autem hçc lingua Hebraicæ adeo affinis, vt ſiquis ſit diligenter verſatus in Hebraiſmo, poſſit ante biennium bonam partem illius linguæ intelligere. Scio qui periculum fecerim. Ob illam enim comprehendendi celeritatē illi Turchæ qui me docebant Conſtantinopoli me dæmona appel labant, quod viderer præter conſuetam illis diligentiam omnia capere. Id enim ſine iactantia de me auſim dicere, me plus vno & altero anno in ea lingua profeciſſe quam multi illorum toto ſexēnio ſoleant. In grammaticis enim ſçpe āplius morantur. Nec mihi mea illud ſingulari diligentia accidebat, ſed quia iuuenis ſatis diligenter ſacras litteras iungendo Hebraiſmo inſudaueram. Amplectamur igitur hoc linguæ beneficium, quo cū Mauro, Aegyptio, Syro, Perſa, Turcho, Tartaro, Indo, & vt ſemel dicam fere in toto terrarum orbe ſine interprete conuerſari valeam⁹, qua optimos authores & diſciplinas poſſimus noſtris hominibus tradere, omnes Chriſtianæ fidei hoſtes ſcripturarum gladio confodere, eos ipſis ſuis dogmatibus refellere, totius orbis commercio vnius linguæ cognitione vti, Vt aūt id fiat, authores optimos & grammaticā, in has partes attuli olim ſi deus dederit, omnia in reipub. bonū editurus. Poſt Alpha betum & legendi prçcepta, nominum & verborū tabulç ſubſequen tur, habent enim ſicut & Hebræi, tres orationis partes, Nomen, ver bum, & dictionem, quæ conſignificatiua comprehendit, quam vbi tradidero, legendi ſine punctis prçcepta aliquot tradam.

ALPHABETVM ARABICVM VEL PVNICVM.

LITERAE Apud Arabes ſunt octo & viginti, quarū figurç nomina & poteſtates hç ſunt.

ا ا	eliph. a,e,i,o,u,vt habet punctum
بـ ب	be,b. ¶parua figura dicitur hamaz
تـ ت	te, t.
ثـ ث	the, th.
جـ ج	gim g ſonans ia,ie,ii,io,iu.
حـ ح	he, h.
خـ خ	che,ch, vel h forte.
د	dal,d.
ذ	dhal,dh.
ر	re,r.
ز	ze,z lene.
سـ س	ſin,ſ.
شـ ش	ſſin, ſſ.
صـ ص	tzad, tz.
ضـ ض	tdhad, thd.
ط	te,t declinans ad d.
ظ	tdhe, tdh.
عـ ـعـ ـع ع	hain, ha, he, hi, ho, hu,vt eliph.
غـ ـغـ ـغ غ	gain g ſonâs ga,gue,gui,go, gu.
فـ ف	phe,ph.
قـ ق	caph, k.
ك	cheph,aut chiaf,ch.
لـ ل	lam,l.
مـ ـمـ م	mim,m.

ن ــن ـنـ نـ nun,n.

ـه ه ـهـ هـ he, h. habens duo puncta,eſt ة.

و vau, v.

يـ ي ie i, conſonans raro vocale.

لا lam eliph eſt abbreuiatio.

ſtud,iſta,iſta. اسم موصل Nomē relatiuū ſeu adiectiuū
الذى الذان الذين التى تان تين اللواتى ما من
اى ايه qui , qui duo , qui plures, quę,quæ quę ,quę.
quis quid qui quę quod, quis & quid . quicunque quecun-
que.

De Aduerbio.

Promiſcue illa ſubiungam, nec enim illa in varias ſpeci-
es diſtingunt. اليوم الان جديد حتى البته
ظهر عصر عند امس عدن قد حين متى
داخل خراج مسرع سريعا فقط وقد صبح بكر
هنا هناك مغرب عشا اين مايتن من اين
من داخل من خراج ثاره ثم ثمه
Hodie, nunc , nunc , quouſque nuſquam meridie

inter ſecundam & tertiam horam pomeridianam, nuper, heri, cras, aliquando, tunc, quando, intro, foris, cito, velo= citer, ſolum, & aliquando, mane, crepuſculo matut. illic, il lac, veſperi, prima vigilia, ubi, vnde, vnde, intrinſecus, quã doque, illic, vnde.

آنْ أهَلْ كَمْ أَلَا لِمَا أَمَّا كَمَثَلْ لِمَا لِمَ أمَا

قَلِيلْ كَثِيرْ مَرَّةً وَاحِدَةً بَدِيًا أَوَّلًا أَيْضًا

لَيْلًا نَهَارًا أَبَدًا إِذًا إِذَنْ تَارَةً

ecce, nunquid, nonne? quomodo, non ne, nequaquam, ne non, vt, ſicut, quare, adquid, parum, multum, vna vice, pri mo, primo, pariter, noctu, diu, ne non, quando merito, ali= quando. De prepoſitione. Illa recipit poſt ſe omnia affixa, vt nomina & verba.

دُونْ بَعْدْ غَيْر بِلَا مَعَ فَوْقْ بَيْنَهُمْ بَيْنْ

إجْلِ مِنْ أَجْلْ سِوَا قَبْلْ تَحْتْ بِلاَيْ يَل

فِي عَلَى إِلَى عَنْ مِنْ

Inter, inter eos, ſupra, cum, ſine, ſine, poſt, ſine, pręter, circũ, circa, ſub, ante ſine, propter, propter, a, ab, ad, ſupra, apud, in. Cũ propoſitionibus potes coniungere affixa, omnia vt ante vidiſti. Coniunctiones quaſdam obſeruaui quę paucę numero ſunt. آنْ إِنْ أَمْ أَوْ لِأَنْ وَ فَ فَإِنْ سِوَى ſi, quŏd, quoniam, إِذَا إِذَنْ لِهَذَا لَكِنْ كَيْ هَكَذَا vel, aut, propterea, & autem, etenim, ſiue, niſi, idcirco, ideo ſed, quia, ſic. Hęc preludia, hactenus nobis non ſine ſudori bus obſeruata boni conſulet lector non ingratus, interim grammaticas ipſas arabice olim & é regione latine pro= fecturas expectans. Quia vero hęc lingua vtplurimum ſi= ne punctis legitur, niſi in alcorano, in quo bonas horas collocare homini Chriſtiano niſi confutatione ſuperfluũ

iudico, volo quoſdam canones legendi ſine punctis tra-
dere,vt res ſit paulo facilior. Iam pręmiſi in punctis quòd
nomenſeu dictio que vice eſt ſuppoſiti deſinit vn vel ra
pha vt رَجُلٌ نَصَرَنِي homo adiuuit me,ſi vero eſt
dictio recta vt frequẽtiſſimè ī an vel naſſabvt ضَرَبْتُ
زَيْدًا verberaui zeidum. *Si* nomen ſit adiunctũ.i.neque
ſuppoſiti neque dictionis rectę loco, tunc finitur in in vel
ger,vt مَلِكُ يَوْمٍ rex diei. vltima verborũ præteritorũ
in a,phatah cõmuniter deſinit:futurum in v ſeu rapha,quę
oĩa patuere. Patiũtur huiuſmodi regulę exceptiões pene
innumeras, inter quas difficillima & crebra eſt vſus & diſ
cordia grammaticorum. Quando al ال articulus venit in
capite alicuius nominis tũc illud nomẽ nullum poteſt ha-
bere duplicẽ punctũ,ſed loco illius eſt ſimplex,etiam quan
do ſequitur aliqua dictio habens al tunc pręcedens quáuis
illud nõ habeat nõ poteſt obtinere eũdẽ vt مَلِكُ الْيَوْمِ
rex diei .pręterea pręcedẽs dictio attrahit, more gramma
ticorum recentiorum qui euphonię ſtudent,articulum ſe-
quentis dictionis in ſe, & mutat in quamlibet ſequentem
niſi ſit gutturalis. vt الْحَمْدُ لِلّٰهِ رَبِّ الْعَالَمِينَ
الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ alhamdu lilahi rabil alaminer-
rahmani rrachimi,laus ſit deo domino ſeculorum miſe-
ricordi pióque. Dicam nunc paucis de punctis literarum
ſeruilium quantum pręceptis cõcludi poteſt. Eliph in ca-
pite dictionis raro alio puncto quam per a legitur,niſi vbi
retrahitur in pręcedentem dictionẽ tũc videtur ſonare pũ
ctũ pręcedẽs,& in verbis paſſiuis vbi legitur per o vel v.ac
in ĩperatiuisvt dictũ eſt. In quibuſdam nominibus legitur
per i,quia illic remãſit loco articuli. alibi per a profertur.

Be legitur,per cheſre.Te per e vel a vt viſum eſt in futuris & nominib⁹ diminutiuis.Phe,Chiaf,Vau legūtur per phathah.Lam ante nomina & verba legitur vt plurimū per cheſre ante alias dictiones vt ſunt affixa & cęterę cōſignificatiuę per e vel a,ſcilicet per phatha.Mim legitur ratione nominis per a v vel.i.per a in nominibus loci & temporis,per i,in nominibus inſtrumēti,per a ſequēte v,vt participiis paſſiuis,vide exempla ſuperius ſuo loco.Nun habet punctum vt in futuris viſum eſt,Ie pariter.Hęc ſunt cōmuniora & veritati propinquiora que tradi de hac re poſſunt.Exponam vero quaſdam dictiones,quę canones prędictos maxime infringunt.Sequentes tam voces quam literę faciunt vt nomen ſtatim ſequens habeat ger,ſi ſit ſinguiare.

باكبوت القسم من الى في على رب عن مذ
منذ حتى حاشا عدا خلا id eſt.

be,lam,cheph,be,vau,te iurandi,ab,a,ad,in ſupra,frequenter,ab,ab,abs,vſquequo prętet, prætet,præter vt جاتي بزيد veni cum zeido,& تالله والله per deū,per deū. Hę faciunt vt duorum nominum ſtatim ſequentium primum habeat naſſab,alterum quod خبر ſocium nominant rapha, ليت لعل إن ان كان لكن quod, ſi,ſit ita, ideo ſed,vtinā,profecto. vt كان زيدا قايم fac zeidū ſtātē.& ليت زيدا طاير vtinā eſſet zeid auis.Sequētia vocabula faciūt diuerſum ما لا nōne nō vt الا زيدا خاصر nōne eſt preſēs zeid?Iſtæ voces & literę faciūt vt nomen ſingulare ſtatim ſequens deſinat in naſſab.vau in ſignificatione مع cum, الا niſi ſed,eliph هيا ايا يا اى

vocandi,vt يَا رَجُلُ o homo. أَرَجُلُ o homo. Sequẽ
tes faciunt vt verbum futuri temporis in naſſab deſinat,
in naſſab quidem ſimplex. Nam verba nuſquam duo naſ=
ſab vel tenuin recipiunt. إِنَّ أَنَّ لِكَي إِذَنْ vt,ne,
quia vt.exemplum.vt verba alphurcan. أَشْهَدْتُ كَي
أَدْخُلَ الْجَنَّة ,credidi quia intrabo paradiſum, &
exponunt. إِيمَانُ سَبَبٌ لِكَي يَكُونَ & erit fides cau
ſa quod ingrediar paradiſum. Verba tollentia punctum
vltimum a futuro. لَنْ لَمْ لَمَّا إِلَى que iam ſcripta ſunt
in futuro. Hæ etiam dictiones tollunt punctum vltimum
a futuro. مَنْ مَا إِنْ مَتَى مَهْمَا أَيْنَ حَيْثُمَا
أَيُّ إِذْمَا, quicunque,quodcũque,qui quando, quod=
cunque, vbi,quodquid idẽ idẽ.vt إِنْ تَأْكُلْ آكُلْ
quicquid comedes comedam.
Hęc vocabula faciunt vt nomen ſupputatę ſeu numeratæ
materię deſinat in naſſab كَمْ كَأَيِّنْ كَذَا quantũ,quot,
tot.vt عِنْدِي كَذَا دِرْهَمًا apud me tot ſunt numi
Nomina numeralia ab vndecim ſeu أَحَدَ عَشَرَ vſque
ad تِسْعٌ وَتِسْعِينَ &c. & nouem:quorum oc=
caſione numeros quos videbar pretermiſiſſe adſcribam.
Nomina maſculina in iſtis ſunt diuerſę conditionis a cę
teris,nam hic habent ſignum tœ.& e diuerſo,a duobus ad
decẽ. Maſculina prępono. أَحَدٌ اثْنَانِ أَوْ اثْنَيْنِ
ثَلَاثَة أَرْبَعَة خَمْسَة سِتَّة سَبْعَة ثَمَانِيَة تِسْعَة
عَشَرَة vnus,ii,aut duo,iii,iiii,v,vi,vii,viii,ix,x. In fœ
minino ſic. أَحَدَة اثْنَتَانِ ثَلَاث أَرْبَع & ſic re=

moto te a maſculino fiunt reliqua, vndecim vero ita numerantur maſc. احد عشر اثنا عشر رجلا vndeci, duodeci viri. ſœ. احدى عشرة اثنتا عشرة vndecim, duodecim, ſœminæ nil differũt inde vſque ad 20. عشرين ثلاثين اربعون خمسون ستون سبعون ثمانون تسعون & ſic de تسعين vel aliis in vne & ine ون ين 20.30.40.50.60.70.80.90. مائة centum مائتين 200. ثلاث مائة, 300. &c. الف. 1000. Nomina poſt tres ثلاثة vſque ad عشرة decem ponuntur in plurali vt اربعة رجال quatuor viri. ab vndecim vſque ad, 99. Sũt in ſingulari vt ثلاثة عشر رجلا tredecim viros, virum dicũt. Poſt centum ad mille vſque in ſingulari etiã ponuntur at nõ habent naſſab vt ثلاث مائة رجل trecenti viri, vir. & quamuis ita ſcribãt habent tamẽ ordinales numeros vt اول ثاني ثالث رابع خامس سادس سابع ثامن تاسع عاشر حادي عشر حادية عشر poſt vero i. primus, 2.3.4.5.6.7.8.9. decimus, vndecimꝰ, vndecima. nil plane poſtea differunt. Numeri igitur omnes rem numeratam faciunt deſinere in naſſab. ab 11. ad 99. Nunc receptui eſt canendum, cum admonuero lectorem, has obſeruationes lectionis variæ arctius conſeruari in alphurca nõ quam in humanitatis authoribus, vnde multi vt iam dixi grammaticorum illorum digladiantur de lectione

punctorum,alii alio modo legentes,& ſua puncta obſer-
uantes,quare per conſonantes hic rationi magis conſenta
nea ſententia reperienda eſt magis quam per nuper inuen
ta in orientalium linguis puncta,quę Hieronymi theolo-
gi temporibus nondum erant apud hebręos reperta, nec
fortaſſe in iſta,quo tempore nebulo Muhamedes dictabat
ſuę legis pręſcriptum, quod legem ſibi facere ſcribendi,
multi authores neglexere. Sunt tamen quę a me pręmiſſa
ſunt ex abſolutiſſimis illorum grammaticis deſumpta, &
vero vbique proxima vnum naſſab in fine, erat antiquis
cognitum:non vſque a deo rapha & ger.

Volo exercitationis gratia aliquid ad pagellarum complementum addere in quo legendo ſe lectores exerceat.Nil autem pulchrius poſſum illa oratione qua diuinam maieſtatem noſtris periculis adeſſe exoptamus,& quo viciſſim illi orant vt illi noſtram, nos ſuam videamus.

¶Pater noſter.

ابانا الذي في السموات تقدوس اسمك
تاتي ملكوتك تكون مشيتك كما في
السما وعلي الارض خبزنا كفافنا اعط-
نا في اليوم واغفر لنا ما يجب علينا كـ-
ما غفرنا لمن اخطا الينا ولا تدخلنا تـ-
جارب لكن نجنا من الشرير لان
لك الملك والقوة والمجد الي الابد امين
كرامة وتسبيح ومجد وقوة اقتدار وعـ-
دل لاله ملك العالمين الوحد الي الابد
امين

Ex

PAter noſter qui(es)in cœlis,ſanctũ eſt nomen tuum. veniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie,& dimitte nobis (peccata noſtra)quod debetur ſuper nos ,ſicut dimiſimus peccantibus in nos & ne facias nos ingredi tentationem ſed libera nos a malo . Quia tuum (eſt) regnum & potentia & gloria,in ſecula Amen, Honor ,& laus,& gloria,& virtus,potentia & iuſtitia deo regi ſeculorum ſoli in ſecula. Amen,

بسم الله الرحمن الرحيم الحمد لله رب العا
لمين الرحمن الرحيم ملك يوم الدين اياك
نعبد واياك نستعين اهدنا الصراط المستقيم
صراط الدين انعمت عليهم غير المغضوب عليهم
ولا الضالين امين

In nomine dei miſericordis pii.laus deo regi ſeculorum miſericordi , & pio,regi diei iudicii. O vos omnes illi ſeruiamus , certe adiuuabimur. Dirige nos domine in punctum rectum,inpunctum inquam illorum in quos tibi bene complacitum eſt ſine ira aduerſus eos, & non errabimus.Amen.

FINIS.

De Indica lingua.

FAlſo & Hebraicę & Chaldaicarum (Chaldaicas autem voco duas illas quę in Aſia a puritate Hebraici ſermonis olim deflexerunt, vnam Aſſyriam Babilonicamve, alterā Hieroſolymitanā, quæ Chriſti temporibus, vt multis non leuibus arguētis conſtat, erat vulgaris in tota Syria, in prima quarum erat deſcriptū Targum ſeu Paraphraſis Babilonica, in hac eadem, ſed Syro ſermone) linguarum ignorantia aſſeruit cum vulgaribus hāc eſſe Chaldaicā Iohannes Potkenus qui nobis pſalmos Dauidicos & Cantica Canticorum in hac lingua excudi curauit. Illi pro aſſerenda & altius referenda ſua origine Chaldaicam dicunt, quod audiuerint Chaldaicam ſtatim poſt Hebraicam fuiſſe primam. Sed & ſi non ſit Chaldaica, minus tamen antiqua non eſt. Tertius enim filius Noachi Cham, (cui & ſuis, fuit habitatio Affricæ & Aethiopiæ interioris (vbi nunc iſti habitant) a patre adiudicata) illuc Chaldaiſmi & Hebraiſmi traduces trāſplantauit, qui in hāc vſque diem durant, apud illos Chriſtianos Nubianos, in Sabachta regione auſtrali, vnde ad viſitandum Salomonem regina illa auſtri venit, quique hactenus iam a conuerſo per Philippum, Candacis illorum (erat iam ante tempora Alexandri magni id nomen reginis Aethiopum commune) reginæ Eunucho, hac lingua colunt Chriſtum, primumque Rhomano Pontif. Eugenio. iiij. innotuerunt & hodie maxime cum Portogalenſibus Africæ littora illa incolentibus frequenter conuerſantur. Illos vero Aethiopas Indos Coloratos Vergilius appellat, dū dicit Geor. 4. Nilum ab Indis deuexū, color Indus Aethiopibus & Indis

Aſiaticis cõmunis, vox omnium linguarum orientalium, vocantium, aliorum Hindi, aliorum Hundi, quorundam Hundiſtam, Indos diei aſſerit; Quãuis hæc vt aſſerunt illorum presbiteri, quos Conſtantinopoli & Venetijs vidi, ſit etiam Chriſtianis orientalibus communis, & maiori parti Indorũ etiam διαβολοσεβῶν. Eſt autem adeo Hebraicæ, Chaldaicæ & Arabicæ affinis, vt rara admodum ſit in hac dictio, quin in aliarum aliqua reperiatur. Nullo igitur poterit ediſci temporis diſpendio. Ad confirmandam autem illorum priorum Hebræorum originem mihi non parum habere momenti hæ linguæ apud omnes gentes diſperſæ videntur. Niſi enim eſſet Hebraica lingua principiũ harum omnium, nũquam poſſet fieri vt tot linguæ in tam varijs orbis partibus diſperſæ, iam tot annorum millia ita affines eſſent & ad illam vnam ita accedentes, vt ea diligẽter cognita illas diſcas faciliori negotio, quam latina lingua quidam adiutus Italicam Hiſpanicas Gallicam Siculam. eſt enim inter illas tantumdem affinitatis vt per Hebraiſmum in illas deuenias. Quum autem, illius cognitio te allicere per ſe debeat vt omnes Chriſtum colentes ſe mutuo intelligant non tibi quicquam in hac re ſuadere conabor. Primum autem iungam illorum ſyllabarium alphabetumve poſtea legendi modum.

ሀ ሁ ሂ ሃ ሄ ህ ሆ	hă h ח hū hī hā hē hŏ hō.
ለ ሉ ሊ ላ ሌ ል ሎ	la l ל Græ.
ሐ ሑ ሒ ሓ ሔ ሕ ሖ	ha h ח.
መ ሙ ሚ ማ ሜ ም ሞ	ma m.
ሰ ሱ ሲ ሳ ሴ ስ ሶ	ſa ס.
ረ ሩ ሪ ራ ሬ ር ሮ	ra ר
ሠ ሡ ሢ ሣ ሤ ሥ ሦ	ſſa heb.
ቀ ቁ ቂ ቃ ቄ ቅ ቆ	k,a ק k,
በ ቡ ቢ ባ ቤ ብ ቦ	ba ב b.
ተ ቱ ቲ ታ ቴ ት ቶ	ta ט t.
ኀ ኁ ኂ ኃ ኄ ኅ ኆ	ha ח
ነ ኑ ኒ ና ኔ ን ኖ	na נ
አ ኡ ኢ ኣ ኤ እ ኦ	a א
ከ ኩ ኪ ካ ኬ ክ ኮ	cha ch. כ.
ወ ዉ ዊ ዋ ዌ ው ዎ	va ו.
ዐ ዑ ዒ ዓ ዔ ዕ ዖ	a ע
ዘ ዙ ዚ ዛ ዜ ዝ ዞ	za dhal. ד Chald
የ ዩ ዪ ያ ዬ ይ ዮ	ia. י. i.
ደ ዱ ዲ ዳ ዴ ድ ዶ	da. d. ד.
ገ ጉ ጊ ጋ ጌ ግ ጎ	ga. g. ג.
ጠ ጡ ጢ ጣ ጤ ጥ ጦ	ta. t. ט.
ጰ ጱ ጲ ጳ ጴ ጵ ጶ	pa p.
ጸ ጹ ጺ ጻ ጼ ጽ ጾ	tza צ tz.
ፀ ፁ ፂ ፃ ፄ ፅ ፆ	zza zz Italorum.
ፈ ፉ ፊ ፋ ፌ ፍ ፎ	fa. ph. vel f.
ፐ ፑ ፒ ፓ ፔ ፕ ፖ	pa. p.

Omnes iſtæ ſyllabæ numero 7. ſunt lõgæ, præter a primũ & o primum, cum quibus frequenter quieſcit litera, nõ ſecus quam cum ſeua apud Hebræos, ſed frequentius quieſcit o paruum, quam a. Sunt autem numero. 162. ſyllabæ. Illæ literæ Hebr. monſtrant quomodo differant variæ literæ in hac lingua.

Abbreuiationes.

ኰ ኵ ኲ ኳ ኴ	chuo, chuu, chui, chua, chue.
ጐ ጕ ጒ ጓ ጔ	quo, quu, quui, qua, que.
ቈ ቍ ቊ ቋ ቌ	Kua, quu, qui, qua, que.
ኈ ኍ ኊ ኋ ኌ	huo, huu, hui. hua, hue.

Numeri a Græcis deſumpti.

፩ ፪ ፫ ፬ ፭ ፮ ፯ ፰ ፱	1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.
፲. ፳. ፴. ፵. ፶. ፷. ፸. ፹. ፺	10, 20, 30. 40, 50, 60, 70, 80, 90.
፻. ፪፻. ፫፻. ፬፻. ፭፻.	100, 200, 300, 400, 500.
፻፻. ፫፻፻. ፰፻፻. ፻፻፻	1000, 3000, 80000, 100000.

ይእዜ፡ትስዕር፡ለገብርከ፡፡
በሰላም፡እግዚኦ፡በከመ፡አዘዝከ፡፡
እስመ፡ርእያ፡አዕይንትየ፡አኅኖትከ
ዘአስተዳሎከ፡ቅድመ፡ኩሉ፡ሕዝብከ
ከመ፡ትክሥት፡ብርሃነ፡ለአሕዛብ፡፡
ወክብረ፡ለሕዝብከ፡እስራኤል፡፡
አኮ፡ለነ፡እግዚኦ፡አኮ፡ለነ፡፡
አላ፡ለስምከ፡ሀብ፡ስብሐተ፡፡
በምሕረትከ፡ወበጽድቅከ፡፡

መዝሙር፡ዘዳዊት፡፡፵፪፡፡

ፍትሕ፡ሊተ፡እግ፡ወተበቀል፡በቀልየ
እምሕዝብ፡ውፁዓን፡እምጽድቅ፡፡
እምብእሲ፡መሲሂ፡ወጸልሐው፡በለሐኒ
እስመ፡አንተ፡አምላኪየ፡ወኃይልየ፡፡

ሃሌ ሉያ፡፡

ሰብሕዎ፡ለእግዚአብሔር፡ኩልክሙ
አሕዛብ፡፡ወይሴብሕዎ፡ኩሎሙ፡
ሕዝብ፡፡ እስመ፡ጸንዐት፡ወምሕረቱ፡
ላዕሌነ፡፡ ወጽድቁ፡ለእግዚአብሔር
ይሄሉ፡ለዓለም፡፡ አሜን፡፡
ኩሉ፡ነፍስ፡ይሴብሖ፡ለእግዚ፡፡

2 Ioze taſhoro lagabor-
cha 3 baſalā ogzio be-
chem azazcha 4 oſm
roia aointi achnotcha 5
zaaſtadalocha codum chu
lo hozbocha 6 chā to-
chſto borhan laahzab 7
vechobra lahzabcha oſra
el. 8 Acho lana ogzio
acho lana 9 Laſm zia-
cha nahab ſobhara 10
bemhoratcha vebetzodu
kecha. 11 Mazmur za-
dauit, 42. 12 photah
lith ogzio vetabcal bacli
13 omhozbo vozuan
omtzuduq 14 ombo-
oſſi amaſſi vatzlehouu ba
lehani 15 oſma ant am-
lachii vehaili. 16 hale-
luia 17 Sabho laogzio-
bher chulechum 18 ach-
zab veiſſebchuo chuulo-
mu 19 hoſbo, oſma tza-
nanth mahratu 20 la-
alena vetzodochul ogzio-
bher 21 iohelo lea-
lem. Amen.

22 Cbuulo naphs iſbecho laogziobher. 23 Chulo loſan iogain Chroſtos.

2 Nunc dimittis ſeruum tuum 3 in pace domine ſecun-
dum verbum tuum 4 quoniam viderunt oculi mei ſalu-
tare tuum 5 quod præparaſti ante omnem populum tuū
6 etiam reuelationem luminis gentium 7 & gloriam po
puli tui Iſrael. 8 non nobis domine non nobis 9 ſed nō

mini tuo da gloriam 10 propter miſericordiam tuã & ve-
ritatem tuam. 11 pſalmus Dauid 42. 12 Iudica mihi do-
mine & age cauſam meam 13 a populo vacuo a iuſtitia
14 ab homine malo & fraudulento libera me, 15 quia tu
es deus meus & fortitudo mea. 16 Halleluia. 17 laudate
dñm omnes vos 18 gẽtes laudate eum omnes 19 populi.
Quoniã confirmata eſt miſericordia eius 20 ſuper nos
& veritas domini 21 manet in æternum, Amen. 22 omnis
ſpiritus laudet dominum. 23 omnis lingua confiteatur
Chriſtum. Si in his te exerceas diligenter ſatis tibi erunt
pro lectione. Quum ampliora deſiderabis conferas te ad
pſalterium indicum de quo ante dixi.

De lectione.

Caret hæc lingua vocalibus, quarum loco adiungit quæ-dam puncta literis ipſis quandoq; ad latus aliquando infra aut ſupra, quæ quia vario fiunt modo omnia in ſyllabario addere volui & abbreuiationes etiam ipſas nec quid deſy-deres. Sunt ſyllabæ numero 162. in quibus puncta omnia reperias. Numeri ipſi a Grçcis ſunt deſũpti vt figurç oſtẽ-dũt. cæterum facilioris lectionis gratia aliquid precationũ adſcripſi latinis literis expreſſum & explicatum. nolo au-tem prudentem lectorem latere quod hæc ſola oriẽtalium quæ ab Hebræa originẽ habẽt legitur noſtro modo, a ſini-ſtra in dextram quod illi cum Armenica conuenit, quæ pa rum eſt affinis Hebraiſmo.

Conueniunt ſigna grammaticæ Indicæ cum Hebræis adeo vt vix differant niſi in Za quod pro articulo & rela-tiuo qui, quæ, quod, & vt ſemel dicã loco daleth Chaldaici ſcribunt, & A primo, quo vtuntur cum puncto i, ad nega-tionem, præter officia cũ Hebræis cõmunia, & chaph qui præter ea quod omnia officia chaph Hebræi tam in princi pio quam in fine facit, eſt etiam in verbis præteriti tẽporis, vbi in cæteris linguis oriẽtalibus, ponitur te vel tau, & ha-

bent iſti in verbi præterito omnia puncta Arabum vt, vbi dicunt Arabes natzara natzarta, naſſartu; naſſarat, ta, tum, tun. i. iuuit &c. Iſti dicunt gabar. i. fecit, gabarbcha feciſti gabarchu, feci, gabarchat fecit mulier, gabarchum feciſtis, viri, gabarchun, ſtis mul. &c. Ita vt longe falſiſſimum aſſeruerit nobis Potkanus, qui ait illos regulis grammaticis carere. Quãuis enim illi per ſuæ linguæ familiaritatem non obſeruent fortaſſe, illius tamen partes erant quia volebat nobis linguam incognitam offerre, & ipſius artem obſeruare & tradere, vt illius diligētia vti poſſemus. Quis enim neſcit quandiu linguarum puritas integra manet apud ſuos, non eſſe opus regulis: quia ex vſu ſeruatur, vnde olim quum eſſent in ſummo honore & vſu familiari literæ latinæ, Grammatici noui homines, tanquam qui in re nullius momenti operam & oleum perderent, vocabantur, nec illorum fuit vſus niſi vbi maieſtas Romani ſermonis declinauit, aut ad exteros tranſijt. Quod ad me attinet, ſi per otiũ & rem familiarem mihi liceret copiam authorum & characterum illius linguæ ad typographiã nanciſci, certe omnia huius præcepta non difficilius quam Hebraica me poſſe tradere confiderem; Id enim iam feci in multis linguis, & iam mihi parum familiaribus. Turchicam præceptis conſtantinopoli, quantum licuit, concluſi, Græcam vulgarem quia multum ſuæ grammaticæ affinis eſt præceptis mihi paulo minus cõmunem ipſa Gallica ac patria reddidi. Dudum de Italica quantum (præter conuerſationem cum Italis hominibus) licuerat homini Gallico & iuueni idem feceram, quam auſim fortaſſe adſerere mihi adeo eſſe in prõptu vt patria, tantum valet vbique ars & ſedulitas. Sed de his ſatis, Olim ſi hæc noſtra placuerint, vbi erit vnde poſſimus noſtram hanc philologicam vitam tollerare, otium noſtrum vt ſolemus reipublicæ natum oſtendemus.

De lingua Græca.

SVperfluum plane mihi videretur, poſt tot authores grammatices aliquid de hac lingua dicere, niſi promiſiſſem ipſo exordio me omnes omnium gẽtium characteres exhibiturũ. Apud Græcos enim Moſcopulus, chalcondylas, gaza, chryſoloras, Laſcaris, Hepheſtiõ, Phrynicus, & pleriꝗ alij, ex Latinis vero, Vrbanus Franciſcanus ampliſſime & ſub compendio, Sanctes Pagninus, Oecolampadius, & Melãchton, & plerique alij, nobis hãc tradiderunt, vt ſit plane in littore, quod aiũt, ſeminare vel toties tractata attingere. Prudens lector omnia boni conſulet, quum ſemel nouerit nos velle rerum originem ab ipſo capite deducere. Quemadmodum enim oſtendimus ex Hebraico fonte orientales & meridionales linguas dimanaſſe, Ita & hic ſtatuimus. Georgianorũ enim characteres & Seruianorum nil aliud ſunt quam Græci, partim corrupta, partim adaucta literarum ſerie, quos vt melius cognoſcas præmittendæ ſunt Græcæ vnde defluxerunt. Sunt hodie in vſu ſacrorum & vulgaris idiomatis Græcis, ſub imperio Turchorum habitantibus, in Peloponeſo, Græcia proprie, Macedonia, Thracia, & inſulis maris mediterranei potiſſimum quæ ad mare ægeum pertinent, & vocantur patrio vocabulo, Rhomæi, horum &iam multæ ſunt Coloniæ traductæ in tota Aſia minori quam Natoliam dicunt, ſed præcipue in illius maritimis locis ac verſus Armeniam minorem quam Turchæ ea ratione Rhom, id eſt, Græciam appellant.

Α α α	alpha a ore aperto.
Β β ϐ u	vita v conſonãs. carent b. litera loco cuius vtũtur ϖ, poſt μ vltĩa figura in vetuſtiſſimis exẽplaribus gręcis reperitur, a latinis, vt credo mutuata.
Γ γ γ	gamma g ante ſe & κ & χ ſonat ν.
Δ δ δ	delta d. leniter aſpirando lingua extrema admota dentibus.
Ε ε	epſilon e tenue. vt e latinũ in fine ante s. vt in dies nec enim legitur, vt in dedi, ſed ore magis aperto.
Ζ ζ ζ	zita, z. dorici reſoluunt in σδ. vnde conſtat.
Η η	ita Neoterici per i. legunt, antiqui per e longum, vt differre ab e pſillo, tenui vel breui, proferebant.
Θ θ ϑ	thita th inſpirando.
Ι ι	iota. i. conſonans in principio diuiſim legitur.
Κ κ	cappa k. poſt γ. loco ν legitur per g.
Λ λ λ	lambda l. cum i, ſonat lenius vt λίτρα glitra non litra.
Μ μ	my m.
Ν ν ν	ny n. ante μ ϖ β φ. profertur vt μ. cum i, voc. ſonat lenius, vt νίκη gnike.
Ξ ξ	xi x.
Ο ο	o, micron, id eſt breue.
Π π π ϖ	pi p. poſt μ & ν ſonat b.
Ρ ρ	rho r. vix ſentit aſpirationem niſi quum geminatur.
Σ σ ς	ſigma s. cum ſibilo ſemper profertur, nec fit bleſum inter duas vocales vt s. latinum.
Τ τ	taf τ. poſt ν, ſonat d. latinum
Υ υ υ	ypſilon, id eſt, tenue, id eſt inter i. & v.
Φ φ	phi. ph inſpirando.
Χ χ	chi. ch. aſpirando.
Ψ ψ	pſi. pſ.
Ω ω	o, mega o, longum.

Exempla varię lectionis, de β, βῆμα vema, non bema. de γ, ἄγγελος angelos, nõ aggelos vt ſcriptũ eſt. ἀνάγκη anange, non anagke. βράγχος vranchos, nõ vragchos. de ζ, φράζω φράσδω. de iota, ἰατρός, hiatros triſſyllabum, de η ἀνάγκη anange, non anagke, de ν, τὸν πετρὸν, τὸν μιαρὸν, τὸν φῶρα, τὸν βοῦν. tom Petron, tom miaron, tom phora, tom boum. de π πέμπω τὸν πέτρον. pembo tom betron, non pempo, ton petron. de τ, ἀντὶ andi non anti &c, quæ omnia fiunt euphoniæ gratia. In tabula proxime ſequenti præter diuiſionem elementorum tradi a cæteris grammaticis ſolitam, volui etiam mutas nouem per inſtrumentorum quorum officio proferuntur partitionem diſtributionemve diuidere. Illa enim diligẽter obſeruata, nullo quaſi negotio quũ ad ipſas deueneris coniugationes facile mandabis memoriæ, quæ alioqui ſunt ſatis difficilia. quum igitur tibi conſtabit, labiorum officio prolata elementa præcedere ante ω in prima coniugatione, duplicem eiuſdem prolationis formare futurum eiuſdem, aſpiratam eiuſdem articuli dare tibi pręteritum, nõ erit cur te multum torqueas, niſi in diligenter perdiſcẽdis elementis. Statim eadem ratione a palato prolatas, dices eſſe ſecundę, duplicem futuri, aſpiratam præteriti. Tertiæ vero, dentium officio prolatas. σ. futuri, κ, præteriti, ι. autem in omnibus eſt tanquam externum & additamentarium, & poteſt tolli præcipue in Aoriſtis ac futuris ſecundis ac præterito medio. Literæ autem immutabiles ſunt quartæ coniugationis, eædem in futuris ſeruantur, correpta verbi penultima, κ, eſt pro præterito in omnibus coniugationibus pręterquã in prima & ſecunda quando verbum habet aliquam vocalem ante ω, tunc eſt quintæ coniugationis vel contractorum. Sed hæc in tabulis. quum ipſas duplices videris vnde componantur, facile erit nominum in illas finitorum genitiuos formare ab illis. Vide diligenter tabulam & memoriæ commenda.

Literarum diuiſio.

Literarũ aliæ.

- vocales 7 — α, ε, η, ι, ο, υ, ω — ex quibus
  - 2. longæ η, ω.
  - 2. breues ε, ο
  - 3. dubiæ α, ι, υ.
  - 3. mutabiles α, ε, ο. mutatur α & ε, ĩ η. ο. ĩ ω. ĩ
  - 4 mutabiles η, ω, ι, υ. (augmẽtis p̃teritorũ
  - 5. præpoſitiuę in diphthongis. α, ε, η, ο, ω.
  - 2. poſtpoſitiuæ in diphthongis. ι, υ.
  - Diphthongi proprie ſex, impropriæ. 6.
    - αι, αυ. ει, ευ, οι, ου. — æ, auſ, ei, euſ, oi, ou.
    - ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ωυ, υι. — a, e, o, iſ, oſ, i.
- Cõſonantes 17. — β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, ν, ξ, π, σ, ρ, τ, φ, χ, ψ — ex quibus
  - mutæ 9.
    - β, γ, δ — tenues.
      - labij. β
      - æquiualentes. π 1ę ψ φ
      - φ
    - π, κ, τ — mediæ.
      - palati. κ
      - ęquiualentes. γ 2ę ξ χ
      - χ
    - φ, χ, θ — aſpiratæ
      - dẽtium. δ
      - ęquiualentes. τ 3ę σ κ
      - θ
    - prolatio ipſa te docet coniugationes. literę coniugationum. futurorum. præteritorum.
  - Semiuocales. 8. — ex quibus
    - immutabiles. 4. λ, μ, ν, ρ — quatre cõiugatiõis.
    - Duplices. 3.
      - ζ. fit ex σδ, σσ.
      - ξ. ex κσ, γσ, χσ.
      - ψ, πσ, βσ, φσ.
    - σ. μονάδικον. i. ſui iuris, dicta autem eſt ſic, quod in aliorum elementorum claſſem non recipiatur, ſed ſola ſuo iure remaneat.

Paſſiones dictionis, ſeu vt vocant προσῳδίαι, i. accentus, ſūt 8.

- Spiritus. 2.
  - tenuis ᾿ ἀλλὰ alla
  - aſper ῾ ἅλς hals.
- Accēt⁹, 3.
  - acutus ´ θεός.
  - grauis ` θεὸς μέγιστος
  - circunflexus ῀ ὁρῶν.
- Apoſtrophos, ſignum deperditæ vocalis, in fine. Sic τύπτ᾽ αὐτὸν pro τύπτε αὐτὸν tollit α, ε, ο, αι, οι. ante vocal. princi. dict. ſequentis.
- Hyphen. quando duo ſeparata iunguntur ſic ὅ‿τι.
- Diaſtole. quando diuiduntur coniuncta ſic ὅ, τί.


Longam & breuem addebant antiqui, nunc vero ex vſu illarumn otæ abierunt.

Quamuis ſit huius linguæ, vtpote quæ vocales habeat, lectio facillima, tamen vt rudibus deſeruiam, iungam quædā græce eademque latine exprimam, ac explicabo.

Προσευχόμενοι δὲ μὴ βατταλογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. δοκοῦσι
proſeſchomeni de mi vattalogiſite hoſper hi ethnilri. docouſi
orantes autem ne multum loquamini vt ethnici. putant
γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε
gar oti en di polylogia afton iſaconſtiſondę. mi oun omiothite
enim quod in multiloquio ſuo exaudientur. ne igitur imitemini
αὐτοῖς. οἶδεν γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι
aftis. idē gar ho patir hymon hō chrian echete pro tou hymas etiſæ
illos. nouit enim pater veſter quibus opus habetis anteq̄ vos petatis
αὐτόν. οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς. πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς
afton. hutos oun proſeſcheſthæ hymis. Patir hymū ho en dis ouranis
illum. Sic igitur orate vos. Pater noſter qui es in cælis
ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ
hagiaſtito to onoma ſou eltheto hi vaſilia ſou, genithito to
ſanctificetur nomen tuum veniat regnum tuum, fiat
θέλημά σου ὡς ἐν οὐράνῳ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν
thelima ſou hos en ourano ke epi tis gis. ton arton himon ton
voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. panem noſtrum quo-
ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν
epiouſion dos himin ſimeron ke aphes himin ta ophilimata himon
tidianum da nobis hodie & dimitte nobis debita noſtra

ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὠφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς
hos ke himis aphiemen dis ophiletęs himon. ke mi iſenengis himas
ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. & ne inducas nos
εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασι-
is piraſmon alla ryſæ himas apo tou ponirou. hoti ſou eſtin hi vaſi-
in tentationem. ſed libera nos a malo, quia tuum eſt re-
λεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.
lia ke hi dynamis ke hi doxa is tous æonas. Amin.
gnum & potentia & gloria in ſæcula. Amen.

Octo ſunt Grecis partes orationis. Nomen, verbun, participium, pronomen, articulus, coniunctio, aduerbiū, præpoſitio. Quinque primæ ſunt declinabiles, tres reliquæ vſu percipiuntur ſine declinatione, a Latinis differunt Græci in numero duali quem habent in partibus declinabilibus, quo carent Latini. Græci vero carent ablatiuo caſu. genitiuus vel datiuus illius vices illis ſupplet. Carent illi interiectione quā ſubiungunt aduerbio, & ex pronomine duas partes orationis faciunt ipſum pronomen & articulum. Eſt autem articulus ſeu hic, hæc, hoc. & dicitur præpoſitiuus, alius ſeu quis, quæ, quod, vocatur ſubiſtctiuus. Sed hæc omnia in tabula explicabo cum declinationibus & coniugationibus. Modo autem viſum eſt abbreuiationes quaſdam communiores addere.



Eratin animo aliquid Gręcę grāmatices vulgaris edere vt Philomuſi perciperent quantū ſit inter ipſas duas affinitatis. Sed viſū eſt cōmodius hanc ſeruare in ſuā claſſem cum olim, ſi videbitur eſſe ex vſu reipublicę, de Turchica Italicaqꝫ tractabimus. De linguis autem vulgaribus velle etiam ſcribere, mihi erit vel cum Bembo illo vtriuſque linguæ peritiſſ. commune. Is enim de ſua lingua vulgari ſuis ſcripſit hominibus, Olim Chriſtophorus Landinus, nunc

Ieſualdus, Velutellus, Fauſtus, Molzas, & pleriq; alij ita diligẽter linguę hetruſcę præcepta ſuis hominibus explicãt, vt in vtraque lingua egregie ſunt verſati. Quanto magis rationi conſentaneum erit, externam linguam regulis obſeruatam ſuæ gentis hominibus relinquere: quod olim in quatuor aut quinque vulgaribus linguis, deo duce, fiet.

De Georgiana, Iacobitanáue.

GEorgi ſeu Georgiani, vel vt vocantur a ſe & a Turchis & Tartaris Iurian, habitant hodie maxima multitudine non longe ab eo loco vbi antiqui Georgos inſigni innocẽtia populos, iuxta Albanos collocabant. idq; tanta potentia vt hactenus nec Turcha, nec Tartarus, nec Perſa in quorum ſunt medio circũſepti mõtibus altiſſimis, potuerint in ſuam poteſtatem illos adducere, quãuis nominis Chriſtiani hoſtes ſint infenſiſſimi, in illos præcipue qui imperata detrectant, aut (quod vbique illorum nebulo Muhamedes exigendũ mandat aut pereundum recuſanti) vectigalia non perſoluunt. Permittũt alioqui Turchæ Chriſtianis omnibus liberam & arbitrariã ſuę religionis profeſſionem. Hi Georgiani his characteribus linguam Græcam qua vtuntur in ſacris & vulgarem quæ Tartaricæ & Armenicæ media eſt, ſcribũt, nec carent Græcis hæreſeos nota. In quibus tamen aut errent aut differãt, nemo Calogerorum vel papadum (illo enim nomine monachos, iſto, presbyteros intelligunt) vſquã dicere potuit, niſi quia hæ literæ ſunt illis cum Iacobinis (quod genus hominũ ſingulari proſquuntur odio & deteſtantur) cõmunes

Iacobitas iſtos mihi ꝑſuaſerim facile, quũ olim ob dogma peruerſum Iacobi patriarchę Alexandrini qui vnam tantũ in Chriſto naturam aſſerebat, illis Chriſtiana cõione inter-dictũ a patriarcha Cõſtantinopolitano Dioſcoro eſſet, has literas reperiſſe, quę olim fuerunt magno apud orientis ec cleſias vſu, indeq; ſub fidei principio receptę a Georgianis ſunt & hactenus ſeruatæ. Ante incurſiones Barbarorum erant multi ad modũ Iacobitæ in Aegypto, Arabia, Meſo-potamia, Chaldęa, Aſſyria, & p̃cipue in Syria ob loca ſacra nunc pauci in Syria ſuperſunt. Oẽs iſtos vt characteribus cõicãtes ita dogmate ſimili, vt puta Neſtoriano quod totã infecit orientis eccleſiã, affines (quę cauſa olim fuit illos oẽs e cœtu Chriſtianorũ eijciendi) crediderim: quod Græcorũ ſacrificuli oĩm rerũ q̃ faſtus & ſuꝑbię ignari, aꝑire neſciũt. Sed quia video a multis de his Georgis vbinã agat diuer-ſa tradi & plane dubitari, viſum eſt & in hac re noſtrũ inter ponere iudiciũ. Quidam ait a diuo Georgio appellatos & in Arabia iuxta Mecham habitare, quod falſũ poteſt oſtendi. Quos eñ vidi cũ illorũ legato Cõſtantinopoli apud Tur-cham, nec Georgij nomen ſatis nouerant, ſeq; adſerebant e confinio ipſius Armenię verſus Tartaros, alios vero Iur-gianlar. i. georgianos, vt vocãt, nullos noſſe, p̄ter ſe, & quoſ dam ſuos qui circa Hieroſolymam ſacrorũ gratia habitant. Quę oĩa priſcę coſmographię ſtatuentis Georgos vbi p̃di xi, fidẽ adſtruũt, illius nugas ꝓpalant. Auxerunt Chriſtia-norum numerũ tempore Cõſtantini magni, regina illorũ morbo, a quadam captiua Chriſtiana miraculo diuino libe rata, quę ſtatim Maritũ ſuũ & populũ ſibi ſubditũ nouũ ho minem induere perſuaſit. Fuit tum temporis principi pro vexillo Georgij imago. De ceremoniis iſtorũ & oĩm gręcæ linguæ affiniũ, In Tzeruiana dicam. Horũ characteres ab legato ſuo apud Turcham Cõſtantinopoli habui, id tñ ſine nomine, & diſceſſit antequam habuerim vnde coactus ſum Venetijs requirere nomina a quodã illiꝰ linguæ ꝑito. Sũt characteres oĩno ſerie, noĩe, & figura gręci. Sed depra uãt aliquatũ ſcribendo, & neſcio quot barbaros adiũgẽdo.

Alphabetum Georgianorum & Iacobitarum. Literæ.

Ⲁ ⲁ ⲁ	alpha a
Ⲃ ⲃ	veda v conſonans.
ⲅ γ	gamma g
Ⲇ ⲇ	delta d
Ⲉ ⲉ	e e
Ⲋ ⲋ	tzo ſti
Ⲍ ⲍ	zieta z
Ⲏ ⲏ	eta i longum
Ⲑ ⲑ	theta th
Ⲓ ⲓ	ioda i vocale ſemper
Ⲕ ⲕ	cabba c
Ⲗ ⲗ	lambda l
Ⲙ ⲙ	my m
Ⲛ ⲛ ⲛ	ny n
Ⲝ ⲝ ⲝ	exi x
Ⲟ	o o
Ⲡ ⲡ ⲡ	pbi p
Ⲣ ⲣ	rou r
Ⲥ Σ ⲥ	ſigma s
Ⲧ ⲧ	ta t
ⲩ	hie v declinãs ad y
Ⲫ ⲫ	phi ph
Ⲭ ⲭ	chi ch
Ⲯ ⲯ	ipſi pſ
Ⲱ ⲱ ω	o, ω mega
Ϣ ϣ	ſchei ab Arabibus ſch
Ϥ	vvei ab arab. v conſ.
Ϧ	baſchi videtur a latinis b
Ϩ	or ab Armenis r
Ϫ	gimſa a Chaldęis g durum
Ϭ	ſima alia forma literæ græcæ ſ
Ϯ	ti conuenit cum ta indo ſi addas caput T


In hac nil plane adſcribere, quũ ſit mere græca, conſiliũ eſt.

De Tzeruiana Poznaniáue.

REgiones iſtę ſūt Europeę, inter Dalmatas, Illirios, Albanos, Macedoniam, Thraciā, & Iazyges Metanaſtas. Boſna eñ vel Poſna vel Boſſina, durat, a Pannonia ſuperiori & inferiori, ad Gepidas ex quibus fere cōſtat. Zervvia vero ſeu Seruia eſt vbi olim erat Myſia ſuperior, & extenditur a Danubio & Pannonia inferiori ſeu Liburnia, ad Thraciā & Macedoniam. Quid autē cauſæ fuerit cur in medio duarū totius orbis linguarū pręſtantiſſimarū habitātes, linguā peculiarem inuenerint perquirēdo, hanc rationē ab illis qui ea vtūtur accepimus. Anno a Chriſti natiuitate circiter trecenteſimo, Pannonijs, Illiribus, Dalmatis, & Myſijs erat vna eadēq; fere lingua permixta partim Gręco, parrtim Italo, & aliquādo Germ. ob viciniam ſermone, quibus ipſis omnibus Hieronymus doctor theologus Dalmata characteres reperit (quos ſtatim ſubiūgemus iſtis) vt quemadmodum a cęteris nationibus, lingua, ita & characteribus differrēt. Illis tādiu vna vſi ſunt quandiu eccleſia Rhomana potuit Gręcam perferre. Quū autem eſſet Gręcis ob quędā ab eccleſia Rhomana, cōione interdictū, hi qui erant Græcis viciniores, characteres Gręcos vt plurimū, nomine priorū ſeruato, repererūt. Erāt eñ iā Gręcis exoſi ob Rhomanorū partes, iſtis, ob defectionē. Sed melius eſt vt apiam⁹ cauſā tā grauis in eccleſia chriſti ſchiſmatis. Gręci in hoc differebāt a Latinis. Quod cōſecrabāt ī azymis. Qđ credebāt ſpm̄ ſcm̄ a patre ſolo ꝓcedere. Quod libellū repudii impudicæ & ſterili & moroſæ vxori darent. Quod illorū ſacerdotes vxores ducerent (quod eſt

cõmune omnibus oriẽtalibus Chriſtianis, Indis, Iacobitis, Maronitis, Armenis, Georgianis, Græcis, Valachis, ſeu Myſis inferioribus, & vt ſemel finiam oibus omniũ gentiũ ſacerdotibus, & fortaſſe fuit multis latinis vſq; ad tempora conſilii Viennenſis) Quod tantũ idq; diebus dominicis & feſtis tantũ, vnam miſſam in ſingulis locis dicerent. Quod põpas in ſacerdotibus deteſtarentur. Quod ſub vtraq; ſpecie cõmunicarent. Quod ſtatuas, ſanctorũ in templis nõ habent, ſed tantũ effigies, nos vtrunq;, quod ſeſquihęreticum proclamant dicentes, poſſe per ſtatuas populum negligẽter inſtructũ, incurrere idololatriam, per effigies nõ item. Hæc omnia hodie obſeruant vt præſcripſi, quæ vidi & audiui recito. Hodie oẽs Græci, in deſperatione, vt puto, ſumma ſeruitute adacti, ſũt ipſis Turchis pene deteriores. Vnũ genus tantũ monachorũ Baſilianorũ habent. Reliquos curiones, vocant Papas cõmuni vocabulo.. Singulos aũt papas tantũ in ſinglis paroeciis habent, cũ vno diacono, ne ſi plures eſſent queſtũ ex rebus ſacris facerent. Illis nõ licet ꝑ vicariũ plebi adeſſe vt noſtris. Illorũ ditiſſ. quiſq; nõ habet 80. lib. Poſſunt deponi a parochia ſi aliquid indignũ ſe aut familia ex cuius inſtitutione ꝓbãtur, admittãt. Ieiuni ſinguli parochi panẽ benedictũ, feſtis diebus & quoties celebratur oſculato ſacerdote capiũt. Paſchatis feſto oẽs poſt auricularẽ cõfeſſionẽ ſub vtraq; ſpecie cõmunicãt, & oſculãtur inuicẽ, dicentes Chriſtos aneſti. i. Chriſtus reſurrexit, & hoc faciũt amicis atq; inimicis vſq; ad triduũ. Quatuor ſingulis annis quadrageſimas ieiunio obſeruãt, primã cõmunẽ nobiſcũ & eodẽ ſupputãdi ęquinoctii verni ordine. Alterã vocant τῶν ἁγίων ἀποςόλων .i. ſanctorũ apoſtolorũ, quindecim dies ante feſta Ioãni baptiſtę, Petroq; & Paulo ſacra, Tertiã τῆς παναγίας. i. diuæ virginis, vbi multi tm̃ dies. 51. alii totũ mẽſem ieiunãt, ante aſſumptionẽ virginis Mariæ. Quarta eſt in aduẽtu Dñicæ Natiuitatis. Cibus tum eſt illis panis, oleum, holera, oua taricha, ſicca & recẽtia ex aceto & oleo. Reliqua nobiſcum cũ illis cõmunia ſunt. Si quid ſupererit in libello noſtro de moribus orientalium attingemus.

Alphabetum Tzeruianorum,
literæ ſunt 30.



As a
buchi b
vide v conſonans.
glagoia g
dobro d
ieſt e
cxiuit cx.x
zielo z
zziemelie zz.tz
ixe non eſt litera,ſed numerus.10.
i i
caco k
lvvide l
miſlite m
nas n
on o
pocoe p
reci r
ſlouo s
terdo t
vsch v vocalis non conſonans.
phert ph
chi ch
od od
o in principio & fine tantum.
thi th
ci ccraſſum, vt proferunt Florentini, Tuſculani ve.
ciarui c
ſcha ſch. ab Hebræis.
gſcha gſch
hier. aſpirō eſt ī fine dictiōis poſt cōſonātē, vel in medio ad tollēdū hiatum.
iat ia
ia ia
iu iu
ie ie
ieſt ieſt


Nec hic quicquã adſcribere decreui quum ſint Græci vt plurimum characteres quibus vtuntur, quidã priſcam illam ſuam linguam ſcribentes , in qua omnia vulgaria & ſacrificium ipſum habent , alij Græcam cum ſua ſcribunt, cuius modi ſunt multi Valachorum (qui ad Dacos & Myſos inferiores pertinent) qui patriacham Conſtantinopolitanam audiunt . Plures etiam illorum qui ad Iſtrum agunt vt pars Lituuaniorum , & incolæ maris Pontici , Tauricæ Cherſoneſi, Paphlagonesque, vtuntur ſacris more Græcorum communium. Sed de his ſatis.

De lingua Hieronymiana, ſeu Dalmatarum aut Illiriorum.

RAtione quam attuli ſuperius , & vt fortaſſe in hac re etiam nomen conſecraret immortalitati, ſuis conterraneis hos reperit characteres Hieronymus, quibus etiam ipſis totã legẽ vetus & nouum inſtrumẽtum cum ſacrificio & precationibus traductã illorum idiomate ſcriptam reliquit, lõge ſane ab opinione differẽs multorum, qui putant conſpurcari ſacras literas, ſi ſemel in manus populares venerint. Quãuis olim quo tẽpore nõdum a linguæ Græcæ & Latinę puritate deflexiſſent chriſtiani primęuę eccleſię, omnes in illis linguis intelligerent ſacras literas, imo imitabãtur ad lectionẽ, & cõcilio illo tã celebri in Nicea ſtatutũ erat pœna interdicti , vt oĩs Chriſtianus

haberet apud ſe ſacra bibliorũ ſcripta ea lingua qua poſſet intelligere, & Sũmus ille doctor de quo nũc agimus, filioꝝ Iam vel 6. annos natã vult in ſacris perpetuo eſſe, ab Eccleſiaſte cõtẽptũ mũdi, a Prouerbijs expiſcari ſentẽtias in vitę humanæ vſum cedẽtes, pſalterio Dauidico laudare deum, demũ vt ſe ad euãgelia ipſa & epiſtolas Pauli cõferat. Laudauit ſũmũ ſacrarũ literarũ, non tantũ lingua latina, ſed & Hebraica ſtudiũ, in tã nobilibus fœminis. Rex ille Galliæ carolus curauerat eã ob rẽ ſacra in linguã gallicã trãsfũdi. Sed quid facias in re tã exulcerata, vbi a capite ad pedes nõ eſt ſanitas? vis ne vt plebecula rudis illa attingat, quę citius in malã partẽ accipiat q̃ in bonã, aut oĩno nõ intelligat? Fateor multa eſſe in ſacris quę ſũt difficiliora. Sed rogauerim perq; nomẽ Ieſu chriſti obſecrauerim illos quorũ intereſt, vt (quãuis tota antiqua eccleſia in qua nec ãbitio, nec auaritia, nec faſtus peruaſerãt ſine interp̃tibus habere iubebatur) ex mẽte ſanctorũ & antiquorũ interp̃tũ, Chryſoſtomi Baſilij, Nazanzeni, Orige. Theophyl. Hieron. Auguſtini Ambroſ. Hillarij, Cypriani, &c. ſimiliũ, loca difficiliora traducẽdo apirent, cętera q̃ nõ poſſunt in ꝑuerſũ ſenſũ trahi, aut intelligi, nuda relinq̃rẽt, vt in hac re imitarẽtur tã ſanctũ & tã magnũ virũ, cui nõ ſatis fuit, in ſuorũ linguã oĩa ſacra transfundere, niſi & characteribus etiã reptis dicaſſet hanc volũtatẽ immortalitati. Hãc aũt hiſtoriã potes audire ab oĩbus illorũ ſacerdotibus, & Venetijs, & in tota Dalmatia, pariter & ab omni populo, qui mihi hęc recitarunt quũ de ſuarũ literarũ origine requirerẽ. Excuduntur permulti admodum libri harũ duarum linguarum Venetijs vt illic diſtrahãtur. Tzeruiani oes ſubſunt Turchis, Boznaniorũ bona pars etiam. Illam linguam volui nõ tam gentis apud quem permanet quam authoris gratia adſcribere. Videtur enim illam reperiſſe poſtquam Hebraicas & Græcas literas cognouiſſet, quia ſunt multi characteres cũ illis cõmunes. Præterea omnia literarũ nomina ſignificatiua ſunt, vt aiunt, quẽadmodũ & Hebręis, quod in nulla alia fit lingua. Illam intepretationem neſcio, linguæ ignarus.

Alphabetum Hieronymianum ſeu Dalmaticum, aut Illiricum. Literæ. 32.




Aſ a. ab Armenis inuerſum.
vidi v conſ. vr. v t.
buchi. b. br. bo. br. ab Armenis.
glagoia g. gd. go. a Græcis.
dobro d. a Græcis.
ieſt e a Græcis.
exiuit x
zielo z
zziema tz
iſſe ige numerus eſt nõ litera.
i i vocalis.
ige i conſonans.
caco k. ko.
luidi. l. a Græcis.
mis lite. m. a Græcis.
nas. n. no.
on o
pocoe p. p. po. a Græcis.
reci r
ſlouo ſ
terdo t. tb. tũ.
huch. y. vel. v.
phert ph. a Græcis.
chier ch. cho.
oto o mega.
ſchia t. c Tuſcan. vel ſch. ab hebr.
ci c co
cierph
ſcia
ier
iet
ias.

Nec quicquam in hac lingua adſcribam, quū illam tan=tum ſui authoris diligentiæ noſtris hominibus oſtenden-dæ gratia tradendam ſuſceperim.

De Armenica.

ESt in vſu ſacrorum Armenis non tantum in vtraque Armenia habi=tantibus, vt putant vulgo, ſed vbi=cūque Muhamedes auditur, vt in tota Aſia minori, in Syria, in Tar=taria, & Perſia, & circa mare Pon=ticum (hodie nigrum maius ve vo=cant) præcipue ad Tauricā Cher=roneſum, vbi verſantur in ſummo Turchorū Muhametanorūq̧ oīm priuilegio, ob id quod oſtēdūt quoddā diploma a Muhamede ſibi olim cōceſſū, vbi ob beneficia quæ olim ab illa gente receperat, ſtatuit, ne vſquam ſeruiant Muhamedicis. Oſtētāt diploma quale olim & Sinaienſibus monachis in Syria donauerat idē ne=bulo, quod ipſum olim, cum exercitu & veteranis illis ab Heraclio in Aſia poſt expeditionem in Choſroę regis Pe ſarum filium relictis, humaniter excepiſſent. Seruarunt Sinaienſes hoc priuilegium vſque ad tempora Gazellæ, ſeu Sulimi Turcharum regis, cuius temporibus quū oſten tarent illud audacius apud Sultanum Aegyptium illum, quem vicit Selimus, eo delato ad principem, ipſo priuati ſunt. Erat aūt tale (vt Armeni recitarūt frequentius, pari=ter & Turchę huiuſmodi affirmāt), poſt quatuor aut quin que verba Arabica, immerſa in attramentum manu for=mam manus & digitorū imprimebat libello qualē etiam=num ſeruant Armeni. Illorum lingua vulgaris omnino

Turchica eſt, vt videantur aut hi ab illis, aut quod eſt vero ſimilius, iſti ab illis aut illorum finibus oriundi. Orant iſti quaſi more Muhamedicorum prouoluti in genua & ter oſculantes terram, vbi Turchę tantum bis. Cæterum fuerunt vſque ad tempora Eugenij tertij in errore Neſtorij quo abnegato tum ſe in fidem Rhomanæ eccleſiæ pars dediderunt. Homines vſqueadeo Gręcis inuiſi, vt malint ſi lex permitteret, vel cum Turcha aut Iudęo contrahere matrimonium quam cum illis. Duplex cauſa odij eſt, quod olim fuerit illis inuſta deterrimæ hęreſeos nota, tum quod Romanis Chriſtianis, quos nuſquam vel Chriſtianorum nomine dignarentur Gręci, conſentiant. Is accedunt illi mores cum Turchis in oratione communes. Gręci enim vt plurimum erecti orant. Sapiunt reuera adhuc aliquid Neſtoriſmi, nec enim feſtum natiuitatis celebrant, ſed circunciſionis. Illorum ſacrificuli triduo abſtinent fœminis antequam recolant memoriam paſſionis Chriſti. Cętera ſunt illis & Romanę eccleſię communia. Sed ad rem redeo.



Ayp a

bpien b.durum inter b.& p.

gqim g forte inter q.& g.

dea d durum inter d.& t.

iech latina E.vel Græca eſt e.

za z

e i

iet ie

to te

ge g

ini i

luen.latina eſt.l.

che ch

tza tz

qguien g fortiter prolatum a palato.

hho ח.aſpiratio fortis vel duplex.

tſa ts. vel ſſ.durum.

gat g. vt profertur cum a,o,u.

gie g.ſ ſtricta cum lingua interiori parte palati.

mim m

hi h.vel i

nu n

ſcha ש Hebræum.

vva u. conſonum.

ccha c.forte vel dupplex.

be b illirica buchi inuerſa eſt.

gge ge duriuſculum.

ra r

ſe ſ

vief v

tun t

re ſi occludas Græca eſt ρ P.

tſo ſ forte.

un,vel fun, vel fiun,digamma æolicum.

piur p

he h vel c vel q.

ief vel chief leniter aſpirando a græcis κ.

phe a Græcis ph. φ.

aip,iun,au, vel o.duæ ſunt literæ ayp,& fiun.

amen.

aſtoſt z,deus abbreuiatum.

aſtotz ,deus integre ſcriptum.

In gratiam illorum qui hāc linguam a nobis tam remotam, tot Chriſtianis cōmunem, hactenus nobis nō viſam, legere cupiunt, ſubiunxi orationē dominicā Latinis characteribus expreſſam & verbū de verbo explicatam, vltra quam ſi quis aliud in hac lingua requirat, cogitet quantum laborauerim in peregrinatione, in inuertendis ſculptori characteribus omnium linguarum, & perſoluēdis ſculptoribus & typographis, putabit tum ſane nos non veritos maximam reipublicæ gratia prouinciam, & quaſi ſupra vires, ſuſcepiſſe.

Oratio dominica, Armenica lingua.

Հայր մեր որ յերկինս ես
սուրբ եղիցի անուն քո: եկե
սցէ արքայութիւն քո: եղիցին
կամք քո որպէս յերկինս և
յերկրի: զհաց մեր հանապա
զորդ տուր մեզ այս աւր:
և թող մեզ զպարտիս մեր
որպէս և մեք թողումք
մերոց պարտապանաց: և մի
տանէր զմեզ ի փորձու
թի: այլ փրկեայ զմեզ ի
չարէ զի քո է արքայութի
և զաւրութի և փառք
յաւիտեանս: Ամէն.:

1 hair mer vr hierchins des 2 ſrboi eziſi anoncho ekes ſe- 3 archaiotaicho eziſſin 4 chamkcho vrbis hierkins ie 5 etchri. Zachaz mer hanaba 6 gſord tour mez ais aur 7 ie touz mer zaabartis mer 8 vrbis ie mechtoſſumc. 9 merus bartbanas ie mi 10 tanir zamezprtzo 11 tai ail phirkai zamer i 12 zare zaicho e archaiotai 13 ie zairotai ie paouch. 14 auiteans Amen.

1 Pater noſter qui in cœlis es 2 ſanctum ſit nomen tuū
ven 3 iat regnum tuum.Fiat 4 voluntas tua,ſicut in
cœlo & 5 in terra.Panem noſtrum quotidi 6 anum
da nobis iſto die 7 & dimitte nobis debita noſtra 8 ſi-
cut & nos dimittimus 9 noſtris debitoribus & ne 10
inducas nos in tenta- 11 tionem,ſed libera nos a 12 ma
lo.Quia tuum eſt regnum 13 & potentia & gloria 14
per ſecula,Amen.

Deſcripſeram plura, vt Salutationem angelicā & Regi ſęculorum ac aliquot pſalmorum verſus,ſed mihi meas tabulas labefactauit ſculptor, vnde tędio inuertendi tam variarum linguarum characteres (eſt enim opus omnia quę excuduntur inuerti) nil vltra potui per occupationes adſcribere. Habent quædam cum orientalibus quædam cum Gręcis,& Latinis cōmunia,& Gallis etiam.Nam vt Galli pluralia terminant in s, ita & illi vt bon,bons . illi erchin, erchins,cœlum,li,auitea ſeculum,auiteans,la. Eramneale beatus eraneals,beati. eramneales beata. aliqn̄ fit ita fœm. genus.ſrboy ſanctus,ſrbouchi ſancta.a Latinis habēt mēſiū nomina & plures dictiones,a Græcis vt,ie quod quidā proferunt,he mi, & ne.ail alla,ſed &c.cum Hebręis affixū caph.co,tuus a,um. Sed frequenter dicūt hes tua in fœminino.vtuntur frequēter za articulo vt zamech nos.zachas panis zaeclizi eccleſia &c. quod illis & Indis commune eſt Participia frequenter in al.deſinūt.vt Chaſeal,ſtans.meal ædificatus,orcneal benedictus,orcneales,cta.meueal mortuus, meueales,mortua,meueals, mortui : tzeneal,natus. chaccetzeal crucifixus, quandoque in ol, vt carol potens, &c. Habent præterea quandam caſuum diſtinctionem. vt erchin cœlum,ercni,cœli,chair pater,chairni patris & patri,chairn patrem,aſtotz deus,aſtotzn deum.mer nos.merus noſtrum & nobis.auiteans ſęcula.auiteanis ſęculorum & ſęculis. Illa ſatis ſunt.Inter omnes linguas quas vnquā audiui prolatione difficiliorem,hac non noui.

De lingua Latina.

DE hac profiteor me non velle doctis ſcribere ne in ſyluas ligna, quod aiunt, deferam, ſed quemadmodum exteras linguas non poſſumus ſine nominum explicatione (quod tamen apud illos qui illa vtuntur adſcribere, plane ſuperfluum eſſet & extra vſum) intelligere, ita nec exteri, quibus etiã ſcribimus, noſtra, nomine nõ expreſſo capere poſſent. Duorum igitur generum hominũ gratia hoc ſubimus, illorum ſcilicet qui in huius linguæ cognitionẽ venire cupiũt, & neſcio quorumdã plagoſorũ hominum qui cum infeliciſſime omnium iuuentutem ſibi commiſſam forment, & dediſcenda edoceãt, tamen inueniunt labra lactucas, dignoq; patella tegitur operculo. Satis enim eſt vt nulla vſquam virtute ſuffulti, ſciant egregie adulari & docere puerũ, aa, boy, coy, doy, ee, effe. & cætera huius modi vocũ monſtra, & rudẽ adhuc adq; quoduis ſequax ætatem perpetuo hunc odorem ſeruaturam, ita labefactantia, vt nullus vel rarus Gallus ſit quin ſeruet (pręcipue vbi a talibus contigit educari) aliquid peſtis ab illis nebulonibus illatæ. Qui ſunt in melioribus literis verſati malẽt quiduis aliud de ſe audire, quam a pueris hauſiſſe in Gallia prima literarum elementa, quod certe nullo alio fit vitio (gens enim eſt alioqui ingenio, vt ſi quæ alia præclariſſimo) quam ne vitioſę illius primæ formationis ſint affines. Hoc igitur faciam, vt, ſi paterfamilias nouerit id vitij in aliquo, deuitet tãquam ſyrteis. Monebo pręterea quoſdam ſe diuerſitate prolationis apud populum Philoxenũ, & nouitatis amantiſſimum cõmendantes, vt a ſua tam barbara conſuetudine deflectãt. Quis enim audiat lubenter iafriil olphe felee luam luam marci ferpũ &c. pro gabriel, alpha, filij, quãquam, marçe, verbum. Sed iſti non committunt id ignorantia, vt alij, quin potius vt, quum parum alioqui ſit in illis quod admireris, Gallica ingenia nouitate alliciant. Vtriſq; quia vitio ſunt, affines hoc præſcriptum ſit.

Literæ, XXII.

A a *a* a non aa. aperto ore, non diducto aut ad e, declinãte vt ſæpe ſolent Scoti, Angli, Germani.

B b *b* be non boy. nec bey. nec ad p. declinat, vt Germanus quidam proferebat.

C c *c* Ce nõ coy. nec cey. mollius debet proferri, quaſi particeps eſſet aſpirationis, præcipue cũ e, & i. nõ quidẽ tam aſpere, vt ſolẽt Florentini, nec tã dure vt Galli, Sed medio ſono leni. vt in Cicero, quaſi eſſet Chichero. In hoc differt a ſyllaba vbi eſt h, interpoſita, quod in hac eſt flatus, illic nullus.

D d *d* de non doy. nec dey. nec ad t debet accedere, vt neſcio qui, cum quadam aſpiratione teus, tomine. ne tã tenuiter rurſus, vt δ Græcum.

E e *e* e non ee. &c. triplici poteſt efferri ſono, vt in redentes. prima enim ſyllaba diducto ore, altera paulo apertiore vltima medio quodam modo profertur.

F f *f* ef non eſſe. non tã ſtricto labio q̃ cum ph. vel φ profertur, ſed cum quodam intercurrente labia flatu, vnde antiqui. f. pro. h. ponebant, quę erat medio inter ipſas ſono, facile inde in alterum tranſibat.

G g *g* ge non goy. debet certe cum e & i, proferri, vt cum a, o, u. ſed aliquanto lenius, vt differat a ſyllabis ie, ii. nec debet legi ia, ie, ij, io, iu. vt nobis efferebat nouus iappriel aut iafriil, ſed communi more.

H h *h* ah non ache. nec ach. vt Itali.

I i *i* i non ij. coincidit quando eſt conſonãs in ſyllaba, nec diuiſim legitur, vt iota græ. niſi poëtis idque raro.

K k *k* ca non caa, nec cat, vt Itali. debet ſcribi in Græcis tm̃.

L l *l* el nõ elle,admota extrema lingua anteriori parti pa
lati.latine eſt eodem ſono perpetuo.Galli frequẽter
inter duas vocales proferũt ac ſi g pręcederet,vt in
faillir , faiglir , alij volunt non propter vocales ,
ſed propter reduplicationẽ,quã eadẽ vi inprincipio
dictionis ſæpe habẽt Hiſp.vt llamar,quaſi glamar.

M m *m* em non emme.

N n *n* en non enne aut ane.

O o *o* o.

P p *p* pe non poy.

Q q *q* quu non cuu,ſemper cum v ſcribitur, cuius ſonus
intelligi debet lenius,nec u,ſeparãdũ eſt vſq̃,vt ſo
lebat ille qui quamquam quaſi q,eſſet muta, v, ve
ro liquida proferebat.

R r *r* er non erre.

S ſ *ſ* es non eſſe.duriuſcule & cum ſibillo profertur, in-
ter duas vocales ſine ſibillo,vt in cauſa.

T t *t* te non toy.ſtricta cum dentibus lingua . inter duas
vocales ſonat,vt ts. vel zz.Italorum, vt differant
a ſono s.

V u *u* v non v v.duplici ſono effertur communiter vt in
punctus,ante n,& m,ſonat vt ȣ,Græcũ alibi v gal
licum. malim tamẽ more Italorũ,Hiſp.Germ.& do
ctiorum per ȣ proferre vbiq;. quũ autẽ eſt cõſonãs
debet legi vt ϐ græ.nõ medio ſono,inter ph.& ϐ vt
ſolent ſæpe Germani. Sonus enim ille medius debe
tur ipſi f. quod vice Ϝ digamma æolici ponitur.

X x *x* ix non ieux vel geux. ipſum autem x , Hiſpani vt
ש Hebræum,proferunt.

Y y Y igrec, non gregoys nec phyo, vt Itali.

Z z Z eſd, vel zed, non zedre vel ede. Itali proferūt duriuſcule, vt ſi t, præcederet, ſic, ts vel tz. duplicant autē ſępe & ſonum & literam, pro qua prolatione Hiſpani habent quoddam c, caudatum ſic ç vt in cabeça. cabetſa caput.

& & et.

DIVISIO LITERARVM.

Vocales quinq; ſunt a, e, i, o, u, Sexta a Gręcis deſūpta eſt y, vel u. υψῖλόν vocant, i, tenue quod quidem ſonet i, ſed tenui ſono, & ita ad u declinante vt vix dignoſcas. Conſonantes 16. & aliquando 18. nam u & i, quāuis ſint vocales tamen frequenter ſunt conſonantes vt in vita, iudex. Cōſonantes ſunt hę, b, c, d, f, g, K, l, m, n, p, q, r, ſ, t, x, z. h, non eſt litera, ſed nota aſpirationis facta ex duobus ſpiritibus præcorū ſimul iunctis, Ͱ, ꟶ, H. K, litera græca eſt forma & conciſo nomine, nam cappa vocant, nos ca. x & z literas a Græcis accepimus, habemusque duplices quibus carere poteramus, quum ſimplices ſatis eſſent. x, enim valet quantum cs, Hinc olim multi ſcribebant pacs, non pax. & z valet vt ſd, vel duplex ſſ. Conſonantes ipſę in mutas ſemiuocales & liquidas diuiduntur. Mutæ 9. b, c, d, f, g, k, p, q, t, ita dictæ, quod parum ſoni dum efferuntur habent, & quaſi mutæ ſunt. Semiuocales ſunt 7. f, l, m, n, r, s, x, ita dictæ quod dum incipit illorum vocabulum a vocalibus, & in eas deſinit, videantur dimidiū ſonum vocalium obtinere. Quod ita videas f. in vtraq; claſſe collocatam, ne mireris, rationem poſtea auditurus. Liquidę l, r, m, n, quamuis l, r, propric dictæ ſunt ita, quod liqueſcant i, præcedente aliqua muta etiā ſi poſita fuerit inter ipſam vocalem proxime ſequentem non impediat quo minus illius vis in ſequentem ſyllabam tranſeat. vt in cygnus, magnus, cnicus glaber, tmolus, vbi tam facile liqueſcunt, quam ſi haberent

peculiarem ſyllabam aut vocalem. & faciunt vt pręcedens
proxime ſyllaba breuis natura, in verſu, ſemper ad placitū
ponatur longa vel breuis, id tamē dictum intelligas quod
ad quantitatem ſolum non ad accentū. quāuis enim poſſis
inverſu facere tenébrę ténebrę, non potes tamen proferre
niſi tenébrę. Sed melius eſt, quāuis illud ſit præter noſtro-
rum grammaticorū vſum, vt more Hebręorū literas ipſas
ab inſtrumentis oris, quorum præcipue adiumento profe-
runtur denominemus, quā prolationis affinitatem videtur
facile innuere Quintilianus, quū ait, mirari neminem de-
bere, quare, a ſcamno fiat ſcabellum. Literæ igitur labiales
ſunt quę potiſſimum labiorum officio proferuntur. Sunt
autem b, f, m, p, v, pręcipue conſonū. Qui has viderit pro-
latione eaſdem eſſe, nō debebit mirari, ſi ex ſcamno fiat ſca
bellum. m, enim & b. ſunt eiuſdem inſtrumenti, & moueo
momentum & mobile, eſſe ab eadem origine, & ripa atque
riuus, & amnis ab ambiēdo &c. & quare digāma Ϝ Aeo-
licum quod illis legebatur fere vt v, cōſonum noſtrum, no
bis in f, quū nullam prolationem viciniorem habuerimus,
tranſijt. Etiamnum Germanis in ſua vulgari lingua per v
ſcribitur vt in hac voce, vvrau, quod legūt inter v, & f, me-
dio quodam ſono vfrau dominā intelligentes. Illud verum
digamma Aeolicū hodie reperitur apud Armenios. Habēt
enim quoddam v, quod aliqui illorum dicunt fun, alij fiun
alij iun, vt ſit plane medius ille ſonus inter i, & u, quē nobis
Quintilianus ab Aeolicis recitat. Sed de his ſatis. Dentium
ſeu gingiuarum literę ſunt r, s, z. Hinc dicimus honor vel
nos fuſij valeſij, pro furij valerij. & patriſſo pro patrizo.
Dentium ſunt d, t, l, n, ob id caſantran pro caſſandran dice
bant veteres, & Alexanter pro der. & Gręci poſt ν ſonāt τ,
vt d Latinū. vt in andi ἀντὶ, nō anti. Palati aūt ſunt g, c, k, q.
Scribimus hinc cotidie ſeu quotidie, conſequutio ſeu cōſe-
cutio, quū vel cū, aduerbiū. catharina vel Katharina, a frā-
go fractum fractio, a ſecando ſegmentum, & huiuſmodi.
Gutturales aūt erunt oēs vocales a, e, i, o, u, & h, quæ p̄ter
cōem claſſem vertitur antiquis in f. nec certe alia de cauſa

quare id fiat, ignoramus, quã quod male ipſũ proferimus. Hic antiqui ex hordeo fordeũ, ex fœdere hœdus dicebãt. Hiſpani hodie id ſuo vulgari idiomate ſeruãt ĩ fijo vel hiio vtrũq; enim pro filio dicũt, & hazer vel fazer, facere. & har mozo ꝑ formozo &c, quę rationẽ prolationis aſpiratę, quã in alphabeto dedi, rationi conſentaneam oſtendũt. Vocales autem omnes tãquã ab vno inſtrumento flatus venientes mutantur paſſim inuicem, quatio concutio, rego corrigo, pello pulſus. penna bipennis, &c. infinita quæ ſi a nemine hactenus ita tractata ſunt, diligentiam noſtram tamen boni conſulet lector, ſi quid inde fructus capiat, De accentibus quia ſolent frequentiſſime in his errare illi mei belli formatores, ſuperaddam, quãtum cõpendii ratio patitur. Omnis Latinę linguę dictio monoſyllaba aut polyſyllaba eſt, polyſyllabam voco, quæ duas aut tres, aut plures vna ſyllabas habet. Dictio monoſyllaba deſinens in aut per vocalem natura breuem, quãuis in poſitionem, acutum habet accentũ. Sed antequã vltra progrediar, videamus quid accentus & quot ſint. Accentus eſt vocis eleuatio, vel deprehenſio, vel vtrũq; . Eleuamus vocẽ in acuto, qui raro a latinis ſignatͣ a Grecis ita ´. Deprimimus vocẽ in graui qui tamẽ nuſquã ſignatur nec Gręcis nec Latinis, niſi loco acuti, ſic` Deprimimus & eleuamus in circunflexo qui ita notatur ˆ vel ſic ˜ ex vtroq;. Omnis igitur dictio monoſyllaba, ſi deſinat per vocalem breuem habet acutum vt éſt, nóx. Si in longã aut per longam, eſt circunflexa, vt dôs rôs. Biſſyllaba autem, ſi ſint vtraque longa, vel vtraque breui, vel penultima breui, & vltima longa, habent acututum in penultima. ſi fuerint penultima longa, & vltima breui more Græcorũ circunflectunt penultimã. Exemplum omnium, primi, léges, vírtus, víres, ſecũdi, málus, bónus, próbus. tertii. dómos, mánu, quarti, ſîta, Rhôma, Pâulus. de Græcis dôma δῶμα. vbi notabis debere illam penultimã natura non poſitione lõgã eſſe. alioqui ſi poſitione ſit lõga, penultima debet penacui. Triſſillabis ſi ſint tres breues accentus eſt in tertia a fine, nec poteſt ſuprà collocari (nã acutus nuſq̃ ponitur lõgius

quam in tertia a fine ſiue antepenultima, circũflexus nuſquam vltra penultimam, grauis vbicũque non eſt accentus ſignatus intelligitur) vt léuior etiam ſi ſit vltima longa & penultima breuis vt ímprobos. & ſi ſit longa tertia a fine poſitione vel natura, vt Túllius, foétidus. Si vero ſit penultima longa poſitione, acuitur, vt latébræ, nam muta cum liquida quod ad accentum attinet, faciunt poſitionem. Si ſit penultima longa, vltima breuis, penultima circunflectitur, dominôrum, ſuôrum. Quãuis dictiones latinæ ſunt plures ſupra tres ſyllabas, quia accentus nuſquam vltra tertiam a fine aſcendit, omnium dicta eſt regula. Fallit autem, quoties iungitur vna dictionum encliticarum que, ne, ve, que ſcilicet reijciunt ſuum accentum in vltimam præcedentis dictionis, vbi cogitur ſuum adferre accentum dictio. vt hominésne & deúsne, homóque, vbi omnium accentus ſunt in vltima, quum deberent habere, hómines in tertia a fine, déus & hómo in penultima. Sed de his ſatis, qui plura volet, Priſcianum conſulat. Satis erit admonuiſſe illorũ vitiorum vbi ſæpius peccatur, vt hinc decerpant ſibi remedia, qui ſunt obnoxij. Quos autẽ grãmaticos potiſſimum deligas, non videtur parergon admonere. Non enim parum refert a quibus grammatices rudimenta haurias. Priſcianus & Diomedes nobis pene temporum iniuria exoleuerãt, non ſine graui linguæ Latinę diſpẽdio, niſi horum temporũ beneficio illos deberemus. In illis decet pręceptorem exerceri diligentius, antequam quicquã aliorum & recentiorum methodo tradat diſcipulis, vt omnia illic tanquã ad regulam Lydiam examinent. quãuis nude ſatis, & vt primos homines licuit grammatica tradiderunt. Ex recentioribus Aldus Manutius & Perottus ſatis fœliciter rem tractaſſe mihi videntur. Sed ingenia illa tenuia cenſerem citius formãda quibuſdam verſibus, quos mandent memorię facilius, quam proſam orationem, qua illi ſcripſerunt. Suaderem inde vt verſus illos quos aut Antonius Nebriſſẽſis, aut Ioãnes Deſpauterius, aut Iodocus Badius ediderunt, ediſcerent quo ad aliquis

doctior rem ipſam carmine tractet. Syntaxim præclariſſime tradidit Thomas Linacer Anglus. Tres orationis partes inflexionem syntaxin & quantitatem ſub compendio apud Melanctonē reperies. Eraſmi syntaxis & Murmelij tabulæ de quantitate non vidētur mihi prætermittendæ. Compendium grammatices a Fabro Stapulenſi Regijs liberis ſcriptum, ſeruiet quibus deeſt multorum legendorum facultas. Interim Alexandrum illum Theopagitem & eiuſdem farinæ hominem Græciſmum cum ſuis interpretibus deuita, illis enim barbariem debemus. Quin vellem duplicem mercedem poſtulari, dedocendi & docendi, quum ingenia imbuta illa barbarie ſe offerunt, vt negligētiores parentes ſentirent aliquam partem damni, quod liberis ſuis obiecerūt. Habetis Candidi lectores meum de omnibus linguis iudicium & diligētiam, vbi ſi lapſus ſum per imprudentiā, memineritis, Nil eſſe ab omni parte beatum.

GVILIEL. POST. CANDIDO Lectori S. P.

NOn ſtatueram apud me, cādide lector, cū iam ad me calumniatorum multorū voces perferrentur, ſtatim noſtrum librum cui iuuenis titulū de Affinitate linguarum, & Hebraicæ excellentia feceram, in lucem emittere, quamuis in iſtius exordio id pollicitus fueram, niſi perlecto illo, mihi animum ad ædendum feciſſet, mutandiq; conſilij fuiſſet author, non vulgaris iudicij homo Franciſcus Vatablus lector Regius, quo præceptore literarum Hebraicarū ſum vſus, in quo admireris tam raram, tamq; exactam omnium diſciplinarum atq; triū linguarum peritiam, vt merito addubites, quam puer primum didicerit, vſqueadeo illas habet in promptu vt illi innatæ videantur. Quamobrem illius tanti feci iudicium, vt credam facile ſuā ſententiam me ab omnibus momorum calumnijs vindicaturam. Nō diſ-

ſimile viſum eſt Ioanni Salinæo primæ notæ & eruditionis theologo mihi amiciſſimo,& quē reuera merito Vatablus agnoſcat diſcipulū, vt pote qui nō tantū ſacrarum literarum abſtruſa ſcrutetur ,ſed qui more præceptoris nullum diſciplinæ genus ſibi intactum velit aut relinquat.Quibus ſane authoribus nō verebor pueriles has noſtras nænias dare in publicum,& ſi non ignorem illos quadam propenſa beneuolentia in amiculi rebus forte cæcutire.Periti enim iudicis ma lim ſubire arbitrium,quam vel ab vniuerſa rei imperitorum turba famam aucupari.Minima hic de induſtria volui tradere, nec tam do ctos cupio lectores,parua paruis parum eruditus ſcribo, & quia linguas & cætera quæ trado ab ipſo capite deduxi, volui etiā ne quid noſtri ignores conſilij,mutare ſequētis libri titulū, vocareq; De originibus,ſeu de affinitate linguarum,& Hebraicæ linguæ antiquitate. Vt enim multa mutaui in illo,volui etiam & titulum mutare. Cęterum iterū atq; iterū rogo te vt errata ęquo animo feras.ex quibus tamen volui paucula hæc typographorum incuria admiſſa tibi, ne quid te torqueant,aſcribere. Vale.Errata ita reſtituas. primus numerus paginā,alter verſum ſignificat, A.6.l.2.lege reuerende.B.7.25, illa.eadem verſ.36.amuſiſ.i.imperitis.C.2.13. ſubiungam tamen. & 22.ver.לנסיונא.C.3.10.בכנוחא ובזריקוחא.C.7.13.poſt duo,π ϖ iūge pi,pi.D.2,13.& turbit.E.7.12. veni cum zeido.F.8.11.in א.differat. H.1.13.deſperationem.&.3.verſu penult.inuitabantur.

Excudebat P.Vidouæus Vernolienſis,Typis ac characteribus ſuis Menſe Martio,Anno a partu Virgineo 1538. Ad calculū Romanū.

GVILIELMI POſtelli Baren. Dolerienſis de Originibus ſeu de Hebraicæ linguæ & gentis antiquitate, déque variarum linguarum affinitate, Liber.

In quo ab Hebræorum Chaldæorúmve gente traductas in toto orbe colonias vocabuli Hebraici arguméto, humanitatiſque authorum teſtimonio videbis: literas, leges, diſciplinaſque omnes inde ortas cognoſces: communitatemque notiorum idiomatum aliquam cum Hebraiſmo eſſe.

Proſtant Pariſiis apud Dionyſium leſcuier, ſub Porcelli ſigno, e regione D. Hilarii.

Reuerendiſs. in Chriſt.

P. ac D. D. Ioanni Bellaio, Tit. diuæ Cæciliæ Card. Ampliſs. ac Epiſcopo Pariſienſi Guiliel. Poſtellus Barentonius S. P. D

PRæclare quidem viſus eſt mihi Ariſt. τῶν ἠθικῶν δ΄ dicere, τὴν μεγαλοψυχίαν οἷον κόσμον τινα εἶναι τῶν ἀρετῶν, magnanimitatem eſſe ceu quoddam cæterarū virtutum ornamentū, quo qui eſt præditus, non poteſt nō habere alias officii partes cumulatiſsimas: ob id ſubdit idē author, μείζους γὰρ αὐτὰς τὰς ἀρετὰς ποιεῖ καὶ οὐ γίγνεται ἄνευ ἐκείνων. διὰ τοῦτο χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι, maiores, inquit, ipſas virtutes reddit, quibus ſine ipſis magnanimum eſſe non contingit. quamobrem re vera arduum eſt animi exercere magnitudinem. Scopus autem omnium quæ de moribus tractant diſciplinarū, atq; finis videtur, de officii pro rationis præſcripto præſtandi negotio eſſe: quem finem vero ille mihi videtur aſſequutus, qui inter mortales auxilio mortalium inopiam ſubleuare, in primis virtutum omnium partibus ponit, req; ipſa primam virtutum liberalitatem eſſe docet. Ob quam rem philoſophi Chriſtiani, qui de moribus ſanctiſsime ſcripſere, nulli dubium reliquerunt, quin ille qui charitatem exercet, (nominibus enim ab ethnicis differentibus, noſtri rem eandem appellant) habeat aliarum quantum ſatis eſt. Et merito ſane ita ſancitum eſt. Quum enim omnium actionum noſtrarū, poſt iuſti & æqui in humana conuerſatione obſeruationem, intentio ſit, vt opes ad vitæ noſtræ vſum nobis comparemus, ſitque illud (quum tamen nudos & rerum omnium egenos parens natura quaſi de induſtria ad id nos ediderit) longe difficillimum: reuera iure ille maximi fit, qui ſuos laborum fructus alteri cōmunicatos cupit. Sed quor-

ſum hæc? Non poſſum certe tacere, quod ita omnibus in confeſſo & propatulo eſt, iudicãs quod aiunt ab vnguibus leonem. Nolo certe te quibuſdam magnificis auorum imaginumque titulis iactationeq;, vt fere ſolent, cõmẽdare, aut tibi nunc laudes celebrare tuorum: quibus ſane ipſis tantum lucis adfers, vt ſuæ poſteritatis virtutem, amplitudinem, dignitatemq; illi alioqui celebres vix adumbrarint. Adde quod, NOBILITATEM SOLA EFFICIT, AMPLIFICATQVE VIRTVS: non quidem auita aut parẽtum, ſed propria. qua qui caret, iactet vel Cæſaris auos, nobilis non eſt. Vbi illam vnam virtutem in te reperio, qua tantumnõ dii fiunt homines, vtpote beneficio, quo ſunt clari, ad illos proxime accedentes, quam de ſua magnitudine olim quidam æſtimãtes illius exercitationem dixere deum, quæ a Chriſtiana philoſophia hominem reddere omnibus numeris abſolutum aſſeritur, quam demum abs te tot illam ea digni homines experti fatentur, prædicant, efferunt: non poſſum aliud iudicare, niſi illam virtutum omnium ornamentum, magnanimitatem, fontem tibi eſſe atque adeo aliarum omniũ ſcaturiginẽ. Ex animi enim procedit magnitudine, nil humile appetere, deum Opt. Max. qui tantum beneficii in hominem conferendi gratia, hoc ſuum templum quod conſpicimus, creauit, velle liberalitatis beneficio imitari. Quanuis enim cæteræ officii partes in id incumbant, vt hunc repræſentemus pro viribus, potiſsimam tamen illarum, quum ſors iniqua ſæpe mortaleis diuexet, eſſe mihi perſuadeo, quæ aduerſam cõditionem hominis meliore fortuna digni erigit, auget, reb⁹ ſubleuat. Plus enim ſolet philoſophia & clarus animus rebus & opibus, quàm conſilio aut cæteris officii partibus egere. Teſtes ſunt tuæ in hac re diligentiæ ampliſsimi quicunque virtute aliqua clari (nec enim temere ꝓfuſam in quoslibet vulgares liberalitatẽ exerces) apud te aliquando de aduerſa ſua fortuna conqueſti ſunt. Recitarem hic beneficia ampliſsima quæ ſuæ virtutis & eruditionis ergò, potiſsimum vt interim reipub. prodeſſent, quamplurimis contuliſti, niſi ea viri illi docti ſcriptis vbiq; teſtarentur, familiari colloquio merito prædicarẽt. Nolo hic attingere propẽſum illum tuum animum, in Iouium, Rabelæſum, Bigotium, ac tales abſolutæ eruditionis viros, nec paucos nec vulgares, nume-

rãdo enim me dies deficeret. Trãſeo ſilentio illa librorũ Punicorum xenia, quibus me ſub hoc anni principio donaſti: illa quidem vſque adeo tibi chara, vt erant, tum in Gallia antequam Arabica noſtra bibliotheca aduenifſet, rara, & a raro ac doctiſſimo ſimulq; obſeruari digniſſimo amico tibi oblata, taliq; dono repenſa, vt ſi ille liberalitatẽ tuam ab ea re æſtimabit, poſſit reuera dicere ſe συλόσωντος χλαμύδα tibi dediſſe. Vt etiã pro illo tuo munere mei in te animi ſignũ aliquod oſtendam, volui te tanquam paratiſſimum linguarum fautorem, donare noſtris his puerilibus obſeruationibus, idq; triplici nomine: primo, vt hæc parua, quibus ſingulari opus eſt patrono, talem habeãt qualem nec variæ linguæ, nec litteræ, nec litterati, poſt principem liberaliſſimum munificẽtiſsimũq;, apud quem quantũ potes tantũ illis cõmendatione nó vulgari opitularis, maiorem agnoſcant: qui illos præter ſumma beneficia etiã a calũniatorũ morſibus vindicare ſoleas. Altero, vt mei in te obſeruantiã ſi non mearũ rerum ergò, ſaltem reipub. in quã omnem tuam operã confers, hoc munuſculo tibi ſignificem. Tertiũ illud eſt quod iam dixi, vt his noſtris vigiliis qualibuſcũq;, de tuo tam ſingulari in nos amore gratias referrẽ. Nõ æſtimabis rem de ſua mole, alioqui parua, ſed more Perſæ illius è ruſtici manu aquam hauriẽtis, de donantis animo. Rebus enim vt cum nemine volo contendere, ita certe nec beneuolentia ex animo volo cedere, aut eſſe vlli inferior. Si libri dictio aliquando durior videbitur, non dubito quin facile illam toleres, vbi ætatis in qua ſcripſi rationem habebis. Poteram enim iam ante ſex annos iſta in lucem edere. Vale Calend. Mart.

DE ORIGINIBVS, ſeu de Hebraiſmi antiquitate, linguarumque affinitate.

M Aximũ a deo naturæ parente, ſecundum incorruptibilis naturæ ſpiritum, homini conceſſum munus in hac vita, ipſa locutio & vocis articulus fuiſſe videtur. Parum enim fuiſſet, feciſſe hunc microcoſmum, & totius naturæ paruum quoddã exemplar diuinitatis participem, dediſſe rationem illam a cæleſti natura, perpetuo ſibi conſtanti attractam, qua perpetuo homo altiorũ rerum deſiderio teneretur, cœleſtia appeteret, totius naturæ illum feciſſe poſſeſſorẽ vnicum, niſi ad propalandum tãtum beneficium accederet ſermo, qui omnium creaturarũ vice cauſam ipſam primã nomine omnium celebraret, qui poſteritati tanti magnitudinẽ beneficii & artificium per manus traderet, a quo demum admirãtium illud hominũ opera, diſciplinæ, ipſæ enarrantes tantam prouidentiã oborirentur: in ſumma, quô cõmunius & diuinius illud cœleſte donũ euaderet. Eſt enim ea boni natura vt velit eſſe, ſi nõ omnibus ſaltẽ quamplurimis commune. Agnoſcere vero illud anteq̃ diſquiras oportet: ſine autẽ hominũ ſermone mutuo id fieri nequit. Fuiſſet certe illud animal, quanuis præſtãtiſsimum fœliciſsimumq;, hoc natura feciſſet, cõditione oĩm animantiũ prope deterrima, ſi muto illi cõtigiſſet eſſe. Nullus enim mortaliũ vſquã vel pili totius mũdi maximã fœlicitatẽ faceret, ſi ſibi ſoli cognita eſſet, nulliq; ſermonis facũdia innoteſceret, præcipue quod ad opes & exterioris fortunæ habitũ attinet. Maxima autẽ fuit inter antiquos olim quænã

prima linguarũ omniũ fuerit concertatio. & vtrũ ex arte an ex natura locutio cõſtet. Sub iudice hactenus illa lis manſit. A natura & ſuam eſſe, Phryges Græciæ vanitatis affines hac fabula contendunt. Aiunt olim experientiæ gratia cõmiſſos fuiſſe nutrici mutæ iuuenes, vt illos extra hominũ cõmerciũ educaret, tãdẽq; appareret, ſi quicquã requirerent, aut proferrent, quidnã & quorum populorum lingua eſſet: tandem euenit vt vnus illorum proferret Bec, qua voce panẽ ſe nominare phrygice contendunt: vnde illa vna voce aſſerunt ſuam linguam omniũ primam eſſe. Arcades ſuam generis antiquitatem ſupra lunã referunt, vnde olim προσεληναῖοι dicebantur quaſi antelunares: nullo alio quàm libidinis argumẽto. Propterea quum rei antiquiſſimæ meminiſſe vellet Ariſtophanes, compoſuit ex vtriſq; vocabulum in hoc verſu, ϗ πῶς ὦ μῶρε σὺ, ϗ κρονίων ὄζων, ϗ βεκκεσέληνε, & quomodo o demens tu, & ſaturnalia redolens, & beccefelene, id eſt Phryx & Arcas. Argumẽto nullo opus eſt vanitatem Arcadicam confutare, quæ nullo nitatur. Meram autem fabulam eſſe, & ambitioſe tantum confictam illam Phrygicam hiſtoriam, conſtat, eo quod ſub quo principe, aut quo tempore fuerit, nullus ſcribat: quod illud tam antiquum fuerit, vt nondũ molendi aut pinſendi nec fortaſſe ſerendi vſus eſſet, vnde illi iuuenes non panem, cuius nullus erat adhuc vſus, peterent, ſed quæcunque latranti aluo ſufficerent hac voce poſcebant. quomodo enim omnium rerum expertes panem ſuis incognitum peterent? Detur fabulæ & hiſtoriis illius temporis fides. præterea hæ voces ba, be, bi, bac, bec, bic, &c. quæ labiis potiſſimum conſtant, ſunt ſæpiſſime & mutis & trimeſtribus infantibus communes. Diodorus qui altiſſimo principio omnes & hiſtorias & fabulas, elapſorum temporum nullo ſane iudicio, ſed quadam diligentia tantum accumulat, non obſcure refert ad Chaldæos priſcum literarum vſum, pro quo tamen contendunt AEgyptii, nil ſibi ex ſui Nili fertilitate non adſcribentes, quum tamen Plato diuinus diligentiſſimusquè author ſcriptum reliquerit, AEgyptios non fateri ſuam origi-

nem ab AEgypto, ſed ab Aſia atque Chaldæis. Plinius ille helluo librorum, qui nullam antiquitatis partem non diligentiſſime vidit, inque commentarium retulit, aſſerit tam antiquū fuiſſe Syris & Chaldæis literarum vſum, vt multi illas æternas apud illos putarint, ſed malo illius adferre verba, ne aliquis me confingere putet quicquam, Lib. Nat. hiſt. 7. cap. 56. ita ſcriptum reliquit. Literas ſemper arbitror, Aſſyrias fuiſſe, ſed alii apud AEgyptios a Mercurio, vt Gellius, alii apud Syros repertas volunt. Hoc reuera docet apertiſsime primis & antiquiſsimis literis ſcriptitaſſe Hebræos, & Chaldæos: nam iidem ſunt qui & Aſſyrii. & ante Heber, a quo dicti Hebræi ſunt, erant vnum cum Chaldæis genus, ex quo genere electus eſt primo Abrahamus omnibus priſcis authoribus celebris. Plinius etiam 5. lib. cap. 12. confirmat prædictam ſentētiam, Ipſa gens Phœnicum (Phœnicibus, Syros vniuerſos de quibus ibi loquitur intelligit) in gloria magna literarū inuentionis & ſyderum, naualiumque ac bellicarum artium fuit. Eſſe vero quandam homini a natura ſine aliorum hominum conuerſatione linguam, illud ſane ſcire arduum eſt. Quum audiā etiā hodie in pene deſertis Africæ partibus ad Capricorni tropicū homines eſſe qui ſibilo & ſtridore, animi ſenſa dicantur explicare: ſi verum eſt, facile adducor, vt credam humana arte non natura loquelam & rerum nomina impoſita. Quod tamen ſi eſſem alicuius magnatis loco, crebro id probarem donec rei conſtaret veritas. Nullo enim id periculo fieret, quoniam puer aſſeruatus extra hominum conſortium ſeptennium aut circiter, poſſet ſi mutus illuc vſque permaneret, tandem conuerſatione patrium ſermonem diſcere. Sed de primis literis & linguis, quæ omnium conſenſu primæ mortalibus innotuerunt, nobis eſt ſermo, non an arte vel natura ſint. Primam fuiſſe Chaldæam ſeu Hebræam (nam, vt dixi genus antiquius Chaldæorum agnoſcit eſſe Moſes ipſe quàm Hebræorum) conſtat & authoribus prophanis & ſacris, vt ethnicis fiat fides deo electis chriſtianis amplificetur. Præter illa anti-

quiſſima Græcorum de hac re teſtimonia, quæ tam inſignis au thor Ioſephus, cui in ciuitate eloquentiſſima ob inſignem peri tiam, eruditionem, & in ſcribendo candorem, ſtatua donata eſt: quę veritatis odio ſupprimũt ſui Iudæi, in libris Antiquitatatum Iudaicarum & contra Appionem Grammaticum adfert, præter etiam illa quæ ampliſſima adducit Euſebius Cæſarienſis de Euãgelico apparatu, cognoſces hic non leuibus argumen tis, hanc Hebraicam linguam ſua vocabula inſignioribus orbis terrarum prouinciis olim per filios Noachi dediſſe: Noachus enim idem eſt qui & Latinis Ianus a vini vſu reperto (nam He bræis Iain vinum, ſignificat) Græcis vero οἰνότρος a vino pari ter: poetis aliquando Chaos, quod ex eo orta omnia videantur: quandoque cœlum dicitur, vt qui ſuprema hominum me moria creditur fuiſſe vniuerſæ poſteritatis author propagatorque: quibuſdam etiam Ogygem dici conſtat, ſub quo primum & maximum diluuiorum fuerit. Præterea ex hac vna, Arabicam, Chaldæam corruptam, ac ab Hebraiſmo diuerſam, Indicam, quæ hodie maximam orbis partem occupant, dimanaſſe: Græcam Linguam, præter multa verba & diſciplinarum omnium originem, etiam non paucas locutiones ac loquendi tropos habere ab illa certo conſtabit. Nec iſtud argumentũ tractandum ſuſcipio vt doctis linguas ipſas diſcendas ſuadeam, quibus nil magis eſt perſuaſum: ſed illorum gratia qui hominem alicuius linguæ à propria diuerſæ peritum, ſtatim proclamant hæreticum. quibus ſi vnam, qua ſumme pollent, maledicendi libertatem auferas, lapides & truncos dixeris: vt videant illi ſero ſapientes Phryges ſine priſcarum lingua rum cognitione, nec rerum nec verborum vllam poſſe rationem haberi. Volo aũt ante rem ipſam ætatis in qua hæc ſcripſi gratia, veniæ locum, ſicubi errare contigerit, petere apud æquũ lectorem. Nam ridebor, ſcio. at mihi id cum multis, quod eſt miſerorum anchora commune erit. Mihi detrahetur, a probis nequaquam: ſi ab improbis, vituperium illorum laus eſt. Dicã quod Hieronymus, Si non placet, non legas. Sed ad rem.

INSIGNES REgiones, olim a diſperſis FILIIS NOEH VOCABVLO Hebraico, nomen accepiſſe.

ANtequam rem ipſam aggredior, volo paucis tradere, cur Moſis Chorographiā in ſua mūdi hiſtoria deſcriptam tāti faciam, vt illam confirmatam Ethnicorū ſcriptis citius, quam ecōtra, cupiam. Illam certe mihi perſuadeo eſſe veriſſimam hiſtoriam, quæ ſine fuco aut vllo verborum apparatu, nude & ſimpliciſſime traditur, quę a nullo, niſi ab ipſa veritate deo & antiquiſſimis monumentis deſumpta ſit, quæ a mortalium nemine præmium aut fauorem expectat, quæ nullius authoritate a veritate ipſa propalanda deterretur, quę nuſquam in ſui authoris aut mortalium laude, ſed perpetuo in celebrando primæ cauſæ in homines beneficio, verſatur, quando æque hominum virtutes & vitia attingit, nec quicquam diſſimulat, ſi ipſam princeps, & ſapiēs, & ſanctus, & qui a nemīe mortalium timeat, ac nullius gratia ducatur, deſcribat, & in ſumma quæ nulla eloquentiæ ſuperfluitate, ſed tantum ipſa perpetuo ſibi conſtanti veritate cōmen-

dabilis ſit. Talem vero eſſe Moſis, de mundi origine, de-
que diſperſis in toto terrarũ orbe colonijs &c. nemo, qui
hanc vel primoribus, quod aiunt, labris deguſtauerit nõ
videt. Attuliſſe autem ipſam eloquentiam fucumq́ ver-
borum inter mortales mali plurimum, teſtis eſt illa [redacted] iactatio orbis, quãdiu ipsæ rerum habenæ penes
rhetores erant, teſtes ſunt hodie ſenatores in vniuerſis
Chriſtianorum ſenatibus clariſſimi, qui ſingulari antea-
ctorum ſæculorum peritia edocti prohibent, quicquam
vltra rẽ ipſã proloqui aut afferri. Id nouerat ſenatus ille
Areopagiticus, qui in tenebris, nec quid fauoris ex perſo
na conciperet, ac ſine apparatu orationis, reos audiebat,
confirmat illud, poete hemyſtichion, Res eſt contẽta do
ceri, faciunt fidem ipſi rhetores miſera, illa tamen digna
morte perẽpti. Cęterum te rogauerim, cur citius in ipſa
rerum traditione Gręcos aut Ethnicos, vel crebro men-
dacio infames audiamus, quam illos (ſtatuendo rerum
originem, etiam incrementum & perfectionem, ſcilicet
noſtra, confirmo) qui nil niſi ęquum & bonum docent?
Certiſſimum eſt enim opinione tantum nuda non veri-
tate (quę rerum omnium probatione, antequam de ipſis
exacte iudices, conſtat) niti illos, qui citius Gręcis quam
Hebręis credunt. Illud tamen docent omnes, in opinio-
ne ſimplici, nil eſſe verum, veritatem eſſe paucorum, La
tam eſſe ad perditionem viam, id eſt, vulgarem opinio-
nem non imitandam, non tantum Chriſtus ipſe nos do-
cuit, ſed rerum comprobatio ita indies eſſe monſtrat, Re
ctam rationem paucorũ eſſe nullus non videt. Poſtquam
fabulas, volui dicere hiſtorias, Gręcorum, & legem diui-
nam legeris, iudica vtrũ preclare magis doceat, qui cau-
ſam primam ſolam ipſam reueretur, adorat, colit, obſer-
uandam vbiq́ cenſet, an qui creaturas & homines, etiam
ſępius vitijs quam virtute claros, in numerum deorum
reponit? Iudica demũ, nonne Ariſtoteles, Plato, Pytha-
goras, & cęteri clari philoſophi qui de moribus aliquid
tradiderunt, citius Moſis ſententię (certũ eſt enim illos

omnes Hebræos diſcēdi gratia adijſſe) qua vnam ſolam rerum cauſam colit & docet, quam vniuerſæ Grecorum & aliorum ματαιοσόφων turbæ conſentiant: videbis tū certe veriſſimum quod iam dixi, Rectam & ſanam opinionem fuiſſe paucorū. Quod Hetruſcus ille meus Petrarcha tam frequenter cantat. *Voi donque ſe cerchate hauer la mente Anzi leſtremo di queto a giamai, Seguite i pochi e non la uulgar gente*. & alibi. *Mentre al uulgo dietro uai, Et la ſua opinione cieca e dura, Eßer felice non po tu giamai*. Etiam hæc ad noſtrum argumentum faciunt. Qui potuit fieri, ſi hiſtoriæ Chriſtianorum & Hebræorum, ſint hiſtoriæ ſimpliciter & rara veritate, vt & Græcorum ac Ethnicorum, vt tot milia hominum: & ante, & poſt Chriſtum voluerint rem ipſam in Chriſtianorum ac Hebrçorum lege ſcriptam, ſuo ſanguine ac morte crudeliſſima teſtari, ac ratam haberi: niſi bonum eſſet illud virtutis, contra quod, quam facere (quæ conſtantia certe nec natura, nec ſimplici opinione, ſed a prima ipſa cauſa authoreque naturæ deo, animis hominum mortalium ſibi electorum indita eſt) mori præſtat. Nemo vſquam Græcorum aut Latinorum pro veriſſima ſuæ gentis opinione legibus aut hiſtoria, vel minimum famæ diſpendium ſpontaneus vſquā voluit ſubire, vnde ratione credendum eſt, quum vitæ gratia omnia fiant eaque ſit ſolus naturæ vſuſfructus, immiſſam eſſe a deo ſolo naturæ parente, & in preſtabiliorem ipſa vita corporea vſum, ſpiritum noſtrum transferente illam firmam perſuaſionem, quæ debeat citius ſeruari quam ipſum eſſe, ac naturæ compoſitum. Vult enim fœliciſſimam illam creaturam, cuius cauſa videtur cūcta creaſſe, ita ſancte viuere, ita ſui imaginem ipſa æquitate & innocentia vitæ repreſentare, vt illam malit ſi res poſcat vel naturę organa deſtruere, quam pręter iuſti & equi regulā viuere. Quāuis enim Plato, Ariſto. multis ad modum, ſummaqꝫ eloquētia de virtute ac ſummo bono diſſeruerint, polliciticꝫ fuerint rationibus ampliſſimis æternā fœlicitatē ac immor-

talitatem virtute prædítis, nemo tamen vſquam vel pro verbo vno Ariſtotel. aut Platonis aſſeuerando, minimum detrimenti accepit. Quod ſane arguit illic non adeſſe dei ſpiritum, illa quidem ſcripta, eſſe vero conſona, ſed hominum gloriæ ac ambitioni coniuncta. Iſta contra, ſine vllo rhetorices apparatu, nude & ſimpliciter pro lata, ita electis habentur vera, vt pro illis aſſerendis, nec mortem ipſam, quę eſt mortalibus merito in ſummo terroris genere repoſita, ſubterfugere velint, verum multi ſingulari prudentia, inſignique innocentia viri, illam vltro etiam omni ſuppliciorum, ac crudelitatis genere refertiſſimam, appetendam ducant. Magnifaciat antiquitas vnum aut alterum ſibi conciuiſſe mortem. Catoni ne venienti in infenſiſſimi hoſtis manus, ſubeũda fuit, non quidem ſpontanea, ſed coacta. Idem Hannibali, Bruto, Antonio, Lucretiæ, Cleopatræ. Sed omnes aut humanam captantes gloriolam, aut manum inimicorum effugere volentes, ſibi intulerũt, aut afferri a ſuis ſibi manus iuſſerunt, omnes tamen illi ad immortalitatem, quam falſo medio quærebant, contendentes. At vero quot Myriades milium hominum hic reperias, quibus licebat eſſe maximis beatiſque, ſi vitæ deo ingratæ placuiſſet conditio, qui tantum pro dei verbo aſſerendo, ſponte perpeſſi ſunt, non mortem tantum ſemel, ſed centies, vt tandem dulcior illa vita cæleſtis affulgeret? Me voluiſſe iſtud argumentum inter Chriſtianos nunc tractare, nemo miretur, ſcio quibus ſcripſerim. His rationibus puto ſatis me oſtendiſſe Moſis ſcriptorum certitudinem, & Ioſephi, quem potiſſimum illius interpretem ſequor, fidem ac diligentiam. Ad rem igitur. Noacho fuere ante generalem aquarum illuuiem tres filij, Semus, Chamus, Iapetus. Semo & ſuis, Aſia: Chamo, Africa: Iapeto, Europæ pars cum inſulis maris noſtri, & Aſia minore obtigit. De ſingulis nunc dicemus, a Chami progenie, ſeu Africa ducentes exordium. Chamus, quatuor filios habuit, Chuſſum, Mitzręum, Phuthæum, Chananæum. Anno circi-

ter trecẽteſimo poſt diluuium, qui fuit vitæ Noachi plus minus nongẽteſimus, eo anno quo natus eſt Phaleg, ab-
ierunt in varias colonias diuiſo inuicem orbe filij Noe,
ob idque vocauerunt illum vnum pheleg, quod diuiſio- פֶּלֶג
nem ſignificat, vt ſuo nomine tam celebris facti memo-
riã conſeruaret. Cham igitur dedit primogenito ſuo par
tem Aethiopiæ quæ ſupra Aegyptum eſt, a quo vocati
ſunt Aethiopes ipſi Chuſſæi, quos ſuo ſæculo ita vocari
ab omnibus Aſiaticis aſſerebat Ioſephus; Non longe
hinc, ad Lybiam interiorem pertinere chuzitas & chu-
zarim fluuium ait Ptolemæus, Græci vocem quæ nigre כוש
dinem aut nigros ſignificat αἰθίοπας, id eſt, faciæ adultos כושים
dixere, interpretando. Alteri Mizraim nomine, ceſſit
Aegyptus, a quo etiam olim Meſræos, (corrupte apud
Ioſephum Merſæos legitur) dicebant, quod nomen ho-
die etiam durat, nam totam Aegyptum hodie mitzir &
mitzri appellant, tam Arabes quam Turchæ qui illa po-
tiuntur, Iudæi priſco vocabulo mitzraim nominãt. Vox מִצְרַיִם
ipſa anguſtias ſignificat, interpretatio græca aſtum. Non
male quadrat interpretatio prima, illic enim non de cæli
ſoli ue beneficio, vt in alijs regionibus, ſed de fluminis
cremento vel decremento pendent. Vnde tota regio, pr-
cipue mediterranea, multo ac malefico genere animan-
tium ſcatet. Alio vocabulo dicitur terra Cham, id eſt, ca- חָם
loris, ſeu in qua Chamus ipſe habitauerit. Phutæus occi ps. 105.
duas Africæ partes habuit, nominauitque populos ſuos
phutæos, quo nomine olim teſte Ioſepho tota Africa di-
cebatur. Sed apud Ptolemæũ, Phutęi populi ſunt in oc-
cidua Mauritaniæ Tingitanæ parte, quæ a Tingi vrbe
hodie Altangir appellata, nomẽ habet, vbi regnum Feſ-
ſæ eſt, vnde etiam eodem nomine fluuius qui perperam
phthuth, ſolet ſcribi, exit verſus occaſum, Illam plagam
vocabant Græci μαυρουσίαν, a colore habitantium ficto no-
mine. Latini Tingitanam Mauritaniam ad interioris il-
lius quæ a Cęſare nomen habet differentiam, olim dixe-
re. Nunc nautæ vocant Barbariam totam plagam mari-

timam, ipſi vero incole Iſlem. Regio cœlo ſoloque læta,
פוט quod dictio indicat pinguem notans, cuius rei argumen
tum faciebat olim antequam de nugis Muhamedis vi-
ἄμπελος num prohibentis, penderent, mons ob vitium inſignem
fertilitatem ἀμπελουσία dictus. Quidam ſcribũt hũc Phut
fuiſſe, quem in ſuis fabulis nulla in re non audaces Græ-
ci, Phaetonta appellant. Quum enim de ignoti generis
homine quicquam, aut fama aut præſentes accipiunt, ſi
ſit aliquod præclarum facinus, aut inſolitum, ſtatim ta-
lem cuius genus ignorant in genere quorundam deo-
rum reponunt, vt hunc ſolis & nymphæ Clymenes filiũ
ſcribunt, Ita ſuis nugis infinitos deos Ioues, Martes, Sa-
turnos, & tales ſæpius perditas hominum colluuies, for-
taſſe vna tantum aut nulla virtute claros, ſibi ad colen-
dum confingunt excogitantque, deum indiuiſibilem in
mille etiam diuerſiſſimas particulas diuidentes. Quar-
tus filiorum Chami Chanaan nomine confinia Aegy-
pti & Syriæ qua Paleſtinam attingit, habitauit, vocauit-
que terram Chanaan. Poſt vero mutato nomine eiecta
illa lucro intentorum hominum cupidine, quod dictio
כְּנַעַ oſtendit, Iudæa & Paleſtina appellata eſt. Nunc de filijs
Chuſſi ſeu Aethiopis agemus. Nati ſunt huic quinque
liberi Saba, Heuila, Sabtha Rahma ſeu Regma, & Sab-
thema. Saba nomen Arabiæ fœlici præcipue dedit. Sa-
סְבָא beam omnes authores profani nominant. Vox Hebrai-
ca circuitum ambitumve notat. Clauditur enim tota ma-
ri, Perſico, Indico, Arabico Rubroue. Nemo miretur no
mina indita rebus, etiam propria, præcipue quadam ve-
tuſtate inſignia, rei proprietatem aliquam magnam præ
ſe ferre, ita deo, fato, naturave incognita homini ſugge-
rente, donec legerit, Cratylon Platonis, De nominum
recta impoſitione, tunc dicet nos nil abſurdum in hoc ar-
gumento committere, vt qui præter nomina ipſa etiam
rationem ac etymon adferre conemur. Heuila Getulos
poſtea dictos, Heuilæos ſi Ioſepho credimus, nomine

ſuo dixerat, hodie Tanbutios & Melios dicunt, vbi ob oris fœtorem incolæ, aurum ſale permutant. voce Hauila, Hebræi dolentem intelligunt. Tertius Chuſſi filius Sebath ſeu Sebtha. Aſtabarenorum Aethiopum regionem incoluit, reliquit etiam de ſuo nomine vrbem ſabath (perperã ſolet ſcribi Sabach) iuxta Adulicũ ſinum, ad Auxumios quam pro freto ſinus Arabici condidit. Hodie aliquantum deprauato antiquo nomine, incolæ Seboyn appellant. Soli huius regionis habitatores Chriſtiani in tota Africa ſunt. Aiũt ab illa plaga veniſſe olim Reginam Saba, vt quæ de Solomone Iudæorum rege mira ſapientiæ ſummæ inditia fama audiuerat, præſens intueretur. Sed volo aliquam laboris, theologis non ſatis in coſmographia verſatis, partem, mea diligentia diminuere. Dicitur regina Saba veniſſe ad viſitandum Solomonem, Dicebat Dauid reges venturos a Saba ac aurum & thus, Chriſto Ieſu Meſſiæ oblaturos. Habuimus iam Saba Arabiſtan, ſeu Arabiam, appellari. Videntur hæc Latina ſcriptione eadem quum ſint diuerſiſſima, & loco ſemotiſſima, Latinis literis diſcrimen non poteſt obſeruari dictionum, vt Hebraice. Latini enim tantum ſ habent vnum, Hebræi tres. Samech, quod cum ſibillo ſonat, Sſin ſeu ſchin, quod craſſius, ſin quod tenuiter more, ſ, Latini ſonat. His literis cognoſces differentiam. Si enim per Sſin ſcribitur, ſignificat Arabiam Seba, quamuis ſæpiſſime ſcribatur per ſamech pro Arabia, ſi per ſin, ſignificat orientalem Arabiæ regionem ad Perſidem, vnde venerunt reges illi ad colendum Chriſtum. Si per Samech, regio eſt illa quæ ad Aethiopiam pertinet vnde venit regina Auſtri. Si reſpicias Hieruſalem, ab ortu magi venere, Arabia in parte Auſtrali erit, verſus euronotum, Regio de qua nũc egimus, erit ad lybonotum. Illic dominatur potẽtiſſimus ille princeps Chriſtianorũ Nubianorũ, quem dicimus preſbyterũ Ioãnẽ aut Preſtanũ, prole & fide ſucceſſor Cãdacis reginæ illi⁹, cui fœlix

Marginalia: חֲוִילָה — שְׁבָא — שְׂבָא — סְבָא

ille eunuchus, quæſito in litera Chriſto, ac reperto tandem, ſacro perfuſus lauachro, plantaria ac fidei Chriſtianæ gemmas retulit, vt ille idē qui olim fuerat a delicijs, diuina tandem ordinatione Chriſtianam pietatem inſereret. Hactenus perdurant ab illis tēporibus in dogmate Chriſtiano, nuſquam, vt quidam illorum ſacerdotes mihi aſſeruere, hæreſibus infeſtati fuere, non alia certe de cauſa, niſi quia illorum ſacrificuli deum & mammonam nuſquam coniungere voluerunt. Magnum profecto bonitatis diuinæ exemplum, his temporibus reuelatum nobis tam diuerſam mundi plagam inhabitantibus. Imperata facere cogit princeps ille. 17. reges Muhametanos. Illius regia dicitur illorū lingua Achſum, in eo loco vbi olim Ptolemæus poſuit Axumam & Axumitas populos. De hac re ſi deus dabit in coſmographicis noſtris pluribus agemus. Rhegma in orientali Arabiæ parte egit vbi vrbem eodem nomine, & alteram regimam, nūcupauit. Scribitur vox illa Hebræis non per g. ſeu per gimel, ſed per hain quæ adeo gutture profertur vt trāſeat pluribus in g. vt in עזה haza, quę gaza dicitur, & עמרה gomora, & hic רעמה regma. Filius iſtius natu maior Seba nomine dedit nomen illi parti Arabiæ in finibus Perſidis de qua ante dixi, vbi Ptolemæus ponit Magorum ſinum. Alter natu minor Dadan dictus Dadanam ciuitatem, quæ eſt apud Ptolemęum, videtur in Arabia deſerta reliquiſſe. Ioſephus ait a Sebathacha Sabatacheos dictos, illius vocis nullum veſtigium reperio niſi in vrbe Sebatta, nō longe a Syrtibus, quas hodie vocant Seccas Barbarię. Vſqueadeo eſt arduum reſtituere antiquitati quod libidine ac operibus humanis conſurgit, quum vix etiam perpetuo ſibi ſimilis & conſtantis naturę opera, animalia, & plantas, antiquorum tanta diligentia depictas a natura eadem conditione aſſeruatas cognoſcamus. Nemrod pene exciderat, ſextus liberorū Chuſſi, qui vanitati Grę corum creditus eſt Beli Priſci pater. Is quaſi vim naturę afferre, cuius artem & potentiam ingenio humano effugere vo-

רעמה

gere vo-

gere volebat,cupiens. Secundum nomen ſuum diuinæ נִמְרוֹד
repugnans potētię,in noſtram omnium perniciem,tur= מָרַד
rim illam, ad illuuiem aquarum deuitandam, excogita=
uit, vbi diuina oſtendit prouidentia, falſo ſuis niti ſen=
ſibus mortales,ſi præter naturę præſcriptum quicquam
temere aggrediantur. Quod facinus infamia tam memo
rabile,quum ad fabulatores Gręcię perueniſſet,quadam
tenui fama,finxere Gygantomachiam illam,montes mō
tibus ſuperponētem,vt Iouem ipſum de ſua ſede detru=
deret. Nomina gygantum illis eadem ratione quam at=
tuli,ſunt illis cōficta.Iouem ipſum diſieciſſe molem,nil
aliud indicat,quam pœnam,illam quam inflixit deus,in
diſperſione labiorum, vbi cœpit eſſe durior hominis ad
hominem conditio, quam brutorum & rationis exper=
tium animalium, inditio quodam naturali mutuo ſe in=
telligentium. Mutatū illic naturale idioma & primum a
parente rerum naturę deo conceſſum munus. Nomen
turri & operi imperfecto Babel fuit,quod confuſionem
notat ſatis voci Gallicanæ accedens. Balbutiendi enim בָּבֶל
verbum babillare dicimus.Opus vltione diuina incom
pletum,abſolutum fuit,non a Nino aut Semiramide, vt
hiſtorici Græcorum falſo omnes crediderunt, & ſcriptū
reliquerūt,ſed a Nebucadneſſer,qui anno Aſtyagis Me
dorum regis 9,Iudęos captiuos abduxit,cuius miranda
quædam opera in libro primo contra Apionem grāma=
ticum Ioſephus ex Beroſo Chaldęorum hiſtoriographo
recitat,cui ſententiæ certe citius ſubſcripſero quam vni=
uerſæ Græcorum turbæ. Regio tota a tam celebri vrbe
Babilloniæ nomen apud omnes authores habuit. Alio=
qui terra Sennaar & Chaldæa dicta eſt. Ipſi Mizraim
cui diximus Aegyptū ceſſiſſe filius fuit Ludim vel Lud,
a quo Lydia,non illa Aſiæ minoris, ſeu vt hodie vocant
Natolię,regio,ſed vrbs in Petręa Arabia,ita pro vſu lin
guæ Græcæ verſo vau ו in υ. Ita enim in multis dictio=
nibus inuenimus ו, verſū in υ, vt in לוּדִים λύδιοι, בּוּץ κύσ=
σος byſſus pannus, צוֹר, τύρος tyrus, vrbs Palæſtine mari=

tima verſo צ, in ד & ו in ע, שׁוּר אַשּׁוּר συρία, ἀσσυρία. Ana-
nin dederat nomen Anaitis in Aethiopia ſub Aegypto
agentibus, Ex hominum abere memoria. Vt res omnes
Aethiopum, quæ in bello illo Pharaonũ contra Aethio-
pas duce Moſe antequam eſſet Hebræorum dux, deletę
ſunt. Tertius Aegyptĳ filius fuit Lehabim, a quo con-
tracto conciſove nomine Lybĳ vocati ſunt. Duplex eſt
Lybia quædam ſuperior, quædam inferior, ambæ in oc-
cidua Aegypti parte. Regio illa tota nomine Africę pro-
prie dicta eſt, Gręci ἀφρίκην, id eſt, ſine horrore (nã φρίκη
horror ſeu rigor eſt qualis ſolet adeſſe febribus, cuius vo
cabuli veſtigium Galli ſeruant, friçon dicentes) vocant.
להבים Hebraica vox inflammatos ſignificat. Nomen ſuum de-
bent Naphtutæ populi in occidua Numidiæ parte ma-
nẽtes, ipſi Naphtuhin. In multis exẽplaribus falſo Nat-
tabutæ legitur. Hunc paulum immutatis ſyllabis fuiſſe
quem Latini Neptunum a nando, vt Ciceroni placet,
vel a nubendo, id eſt cooperiẽdo terrã, vt videtur Var-
roni, præter nominis magnam affinitatem, & nauigandi
peritiam, aræ etiam illi in Africæ littoribus dicatæ iuxta
Vticam, quę nunc Bizarta eſt, teſtantur. Plaga illa in to-
ta Africa eſt ſolo cœloque lætiſſima, Numidia alias dici-
tur. Palabundis olim & greges paſcuorum cauſa ſectan-
tibus hominibus habitabatur, vt & nunc tota fere Afri-
ca, Arabia, Syria, ſi maritimas, & mercimonio, concurſu-
que populi claras frequentataſque vrbes, excipias. Gręs
נפתוחים ca dictio a paſcuis, Hebraica a cœli fauore ſenſum habet.
Arabiæ petreæ, non a petris vt vulgo credũt, quum ſit
fere omnis arenis ſterilibus obducta, nomen fuit inditũ,
ſed a Petruſim ſexto filiorum ipſius Mitzraim, qui prę-
terea illic vrbem petram poſuit, Idumæa præterea tri-
plex illa Arabia fœlix, petræa, deſerta, dicta eſt poſtea,
ab Edom Eſau, id eſt rufo ſeu rubicundo Eſau, quę Idu-
me auhoribus profanis eſt. Crediderim ſua aſſerere, ex-
terna antiquare volentes ob id dixiſſe mare rubrum, ἐρυ-
θρὰμ θαλάσσαμ, Gręcos, quod illas partes coluit, partim ob

ruſeſcẽtes arenas, partim ob nominis Hebræi traductionem. Chaſluchim, contendunt Caſſiotida inter Palæſtinam & Aegyptum nuncupaſſe. Ex Arabibus Idumęiſve atq; ex Chaſluchis aiunt deſcendiſſe Palęſtinos. Ioſephus ait habitatas fuiſſe Iudææ regiones a Gaza & Aegypto, a filijs Nemrod, a quorum vno tantum nomen Paleſtinæ manſit. A Caphtorim dictos fuiſſe Cappadoces, recito, non mihi facile perſuadeo. Quia Phuth longe a Syria ipſa habitabat, videtur illius genus & progeniẽ Moſes obmiſiſſe. Nolo autẽ quicquam in hac re prętter ſacræ paginæ, præſcriptum, ne temeritatis arguar, di cere, quamuis in Beroſi compẽdio ſatis aperiatur, quia præter ſacra dicit, relinquo. Chananæo nati ſunt hi liberi, Tzidon, Heth, Iebus, Aemori, Gergaſſi, Hęui, Harachi, Sini, Aruadi, Tzemari, Hemathi. Tzidon reliquit vrbi maximæ in occiduo Paleſtinæ littore nomen Sidonis, ea vrbs Vitri inuentione olim, ac precioſis linthæis clara erat. Hethei tantũ nomẽ in ſacris nouimus, ita funditus, omnia illorum Chananæorum monimenta euerterunt filij Iſrael, vt pauca antiquitatis ſuperfuerint veſtigia. Iebuſæus Iebam vrbem, ad carmelum montem, ac Iebus quæ poſtea Sebus & Solyma & Salem, & Ieruſalem, deinde Aelia capitolia, poſtremo Chus & Chuſſembarich dicta eſt, condidit. Nominis Sebus pro Iebus omnes meminere. Solymorum tanquam potentiſſimorum ſuo ſæculo & paulo ante, Homerus, vbi & Bellerophontis (ſub cuius fabula hiſtoriam Ioſephi antiqui videtur inuolucris deſcribere) meminit, ac commendat illum ab inſigni armorũ peritia, quum ait, καὶ σολύμοις ἐμαχέσατο, id eſt, aduerſus Hieroſolymitanos pugnauit. Nec mirum eſt illos populos, ita omnibus terrori fuiſſe, vt quibus præſens deus adeſſet, reſque illorũ præter vota humana tractaret, vt putaretur præſtantiſſimus inter mortales merito, qui poſt conſertum pręlium manus illorũ effugeret. Vrbs ipſa multis nominibus inſignis eſt.

Quam Dauid ab idolorum cultu ad deo ſacra traduxit.
Quam Ieſus Chriſtus ſuis prædicationibus, morteque
ac reſurrectione ſua longe omniū celebratiſſimam red-
didit. Ieruſalē dicitur Ioſue. 18, ac in toto nouo teſtamen
to. Monumenta Emorrhæi periere. Gergaſſæus, quem
Hebræi Girgaſſi dicunt, nomen impoſuit regioni Ger-
geſſenorum, & mari Geneſar, id eſt, tyberiadis, quæ vo
cabula variæ efferimus ab interpretibus Chaldæis, ab
Ankelos, gineſſer, Numero, decimo nono, & a R. Iona-
than, Ioſue decimo tertio, ginoſſer, præferendo. Græci
geraſenos appellant, priſci nominis quadam vbique ſer-
uata affinitate. Memoria Heuei cum homine obijt. Ara-
cheus ciuitatem Archam, quæ perperam Ptolemæo &
Orontio illius in ſua charta tranſcriptori, Area legitur,
conditam reliquit. Sineus montem Melanum in Arcti-
ca Arabiæ deſertæ parte Sineum vocauit. Nos Sinai. Il-
lic vna manſionum ſtationumve filiorū Iſrael ex Aegy-
pto redeuntium, fuit. Ptolemæus dicit motem Sina, Pau
lus eodē vocabulo nuncupat, vbi legis & euangelij gra-
tiæve allegoriam tractat, dum ait, Sina mons eſt in Ara-
bia coniunctus ei qui nunc eſt Ieruſalem &c. Aruadi ſeu
Aradi conciſo vau, habitauit Aradon inſulam Paleſtinę
obiectam, vnde populi in Syriæ continente illi oppoſito
Aradij dicti, & aduerſo littore vrbs Antarados nomina-
ta eſt. Tzemari vrbem Tzemaram de ſuo vocabulo di-
xit, illam ſcilicet quæ tribui Biniamin ceſſit, non Sama-
צְמָרִי riam illam vulgarem. Nam & ὀρθογραφία & χωρογραφία dif
שֹׁמְרוֹן ferunt admodum. Hæc per tzade ſcribitur, illa per ſſin,
hæc a lana, illa a cuſtodia dicitur. Iſta tribui vni data eſt,
Samaria fuit alterius. Aemathi fuit vocabuli author He
mathæis, quos ſuo ſæculo patrio vocabulo ita teſtatur Io
ſephus appellatos populos circa Epiphaniam, quæ an-
tea Hemath dicebatur, habitantes. Quidam contendunt
Antiochiam olim id vocabuli habuiſſe, quod magnitu-
dine eſſent pari & totius orientis frequentiſſima em-
poria. Hactenus de Chamo & ſua poſteritate. Nunc vi-

deant quomodo rerum originem tradent, qui linguam omnium antiquiſſimam inutilẽ prędicant. Reliqua proſequor nõ ad argumẽti, quod probatiſſimum credo, demonſtrationem, ſed ne in aliqua rerum origine tradenda defuiſſe videar, vt hac mediocri noſtra diligentia excitentur abſolutæ eruditionis viri ad abſolutã argumenti tractationem. Iaphet quem profanæ hiſtorię Iapetum & Attalum nominant, habitauit orbis partes literis aut fabulis Græcorum celebratas, ab Aſſyrĳs & Medis totã Aſiam minorem, & notiorem ad Tanain vſque & inſulas maris Mediterranei, atque orientales Europę partes. Tanquam omnium hominũ antiquiſſimi illius meminit Horatius, quũ ait, Audax Iapeti genus, ignẽ fraude mala gentibus intulit &c. qui locus dſumptus eſſe ex Heſiodo in Ergis & Hemerisubi de rerum origine ac ſeptẽ mundi agit ętatibus, videtur. verba illius iungo.

Ιαπετιωνίδη πάντων περὶ μήδεα εἰδὼς
χαίροις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας
σοί τ᾽ αὐτῷ μέγα πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι.

De Prometheo Iapethi filio loquitur ibi Iupiter.

Locus iſte totus apud Ouidium in Metamorphoſi traductus eſt. Non abſimile, ſed paucioribus, ſexto Aeneid. tractat Virgilius. Omnes enim, quod ſępius dixi, quadã vulgari fama, ea quę Moſes ac vniuerſi Chaldęorum ſapientes ſcripſerant, de mundi creatione ac primęua illa hominum ac rerum origine, acceperant, quę paribus inuolucris a Platonicis & Pythagorę is erant deſcripta, nec obmiſſa fuiſſent ab Ariſtotele ipſo, niſi quadã diuerſitate, & ingenĳ confidentia, voluiſſet tum cęteris omnibus fieri aut ſaltem videri diſſimilis, cum pręcipuum vnum illud habere, vt in pręceptorem, ac eius placita inſurgeret. At fortaſſe non ita prouidẽtię viſum erat, ſcilicet antequã lux ipſa rebus denuo reſtituendis affulgeret Chriſtus, noluit profanis hiſtorĳs immiſceri ſacras, cuius rei fidem fecit Theopompus hiſtoriographus, qui quum ſuis nugis ſacram vellet admiſcere hiſtoriã, cęcitate per-

cuſſus eſt quoad deſtiterit, temeritatiſque pœnituerit. Vt igitur ad rem redeam, profani omnes authores Iapeti tanquam ſui generis antiquiſſimi meminere. Genuit autem iſtos liberos. Gomerum, Megogum, Medain, Iauan, Tubal, Meſſech, Thiraſſ. Gomer vero, iſtos Aſkenaz, Riphath, Togorma. Iauan autem Aeliſſa, Tharſis, Cithim, Dodamin. De omnibus dicamus. Ioſephus ait olim Galatas dictos fuiſſe Gomeritas a Gomero, Quod nomen interijſſe in illa incurſione Britannorum & Gallorum per totam Europam vſque in Aſiam puto. Crediderim tamē facile Comaros populos ad Aſſyrios & Medos pertinētes affinitate literæ ab eo dictos. Pomponius Mela illorū in Aſiæ Mediterraneis meminit. Ptolemęus vrbem Gomaram ad Aſſyrios pertinere dicit. Magog Magogas ſeu Maſſagetas vel Magagetas Scytas nominauerat olim. Scythæ dicti ſūt Græcis τ in θ, quod crebro pellibus pro indumētis ob ingentia frigora vterētur, σκύτος enim corium Græce dicitur. Medai Medos nominauit. Iauan Iones. Quo nomine vniuerſos Græcos omnes orientaliū linguę pariter vt Hebraica hodie nuncupāt. A Tubal quem Iobal aliqui dicunt, vocabātur olim Hiſpani & Itali. Nil mirum tātam antiquitatem inter linguę latinæ loenocinia locum perdidiſſe. Iam temporibus Ioſephi vocabātur Hiberi quod vocabulū nūc vulgaribus plane ignoratur. Quos populos Meſſec nominauerit nō reperio, niſi affinitate nominis credā Moſchos illos quorum meminit in Aſia Mela cum ſuis Corſitis, Phoriſtis, Riphacibus, Rhophanis, Dahis, Bomareis, & huiuſmodi longe iſtis durioribus, & tantū vocabulo cognitis nominibus. Ab illis veniſſe Moſcouitas, & ſi nomen non ſuccurrit, non ſine authore dico. Thiras Thraciæ nomen dedit. Hęc nomina q̄uis frequentiſſime Gręci celebrant, illorum tamen originis ſunt ignari, nec aliud in omnibus norunt, niſi res illas, quarū origo illos lateat, in genealogiam confictam quorumdam deorum referre. Magogi ſeu, Maſſagi filius prim⁹, dixit Azlinazim Germa-

nos, qui primum ex partibus Septetrionalibus irrupere in ea loca vbi nunc agunt. Nam vt primum a Medis ſeu Aſſyrijs traductæ ſunt in toto orbe Coloniæ, vt Iaxamatas Meoticos ait Plinius ab illis deſcendiſſe, ita quadam hominum feracitate frequentiſſimis incurſionibus ſolēt inde inuadere alias orbis partes. Sycābri, Germani, Hunni, Gotti, Vādali, Perſæ noſtri ſæculi, Turchæ, Cercaſſi, id eſſe verius quam par ſit affirmant, reque ipſa oſtendunt. Vocabulo Aſkenazim Hebręi, etiā Aſiatici, Germanos hodie appellāt. Riphat Ripheis populis quos alio nomine Hebraico Sarmathas pro Aſſarmauthas dicim⁹, ac mōtibus, originē nominis tribuit. Togorma genuiſſe illos qui hodię turchę nomē audiūt, vox qua ab Hebręis ita hodie compellātur, mihi cōfirmat. Iauan vero poſteritas, ita habet. Eliſſa primus liberorū illius, ęolos in Aſia nominauit, deinde Elidē regionē in Peloponeſo vel Morea, relicta vrbe Elis nomine, Ptol. Straboni aūt Eliſia vocata. Alter eſt Tharſis qui Priſcū nomē Cilicię dederat, quod remanſit Tarſo vrbi eiuſdē prouincię, quę ita olim florebat, & ſtudijs, & frequētiamercinoniorū, vt mater vrbiū authoribus humanitatis diceretur. Verū quia dictio Tharſis ſæpiſſime diuerſa ſignificat in ſacris, nō erit pręter inſtituti noſtri rationem de ea aliquid diſceptare. Hic, Gen. 10. & Iudith. 2. ac Ionæ. 1. accipi pro Cilicia certo conſtat. Alibi, diuerſa loca, quę tamē cōiectura vehementi liceat aſſequi, notat. Locus, 3. Reg. 9. eſt nobis primo attingēdus. Claſſē quoq; fecit rex Salomō, in Aſion geber, quę eſt iuxta haillā, in littore maris rubri in terra Idumeæ. Hac voce Ophir, Tharſis intelligi apparet in Paralip. 2. ca. 9. vbi hāc retexit hiſtoriā. & eo. li. ca. 20. vbi poſteros reges ait etiam, in Aſion geber naues ornare ſolitos, vt in Tharſis mitterent, quum autem improperant principibus huiuſmodi pecunię ſtudiū, prophetæ, perpetuo ſub noīe Tharſis nuſq̄ ſub ophir, id faciūt. Nec reperio quod multi doctores volūt, vbi pro mari illa vox accipiatur. Quū enim ait Dauid, Reges Tharſis & inſu-

læ,quo loco nituntur quidã mare intelligi,& reges Arabiæ & Aethiopiæ dona oblaturos,nõ de regibus piſciũ, aut aquæ, ſed terræ,intelligit. Verum crediderim facile de Maritimis locis & inſulis,id dixiſſe. Ophir certe videtur locus quidam propior ob vocabuli familiaritatem,& in eo loco,vbi olim priſci Coſmographi ſtatuebant,imaginabanturve aureàm Cherſoneſum, vbi hodie eſt Malacha, Tharſis autem eſt remotior locus, vt nauigatione ipſa conſtat. Illic enim (in Regum, & Paralipom. libris dico) ſcribitur, ſingulo quoque triennio nauigationem compleri ſolitam,quę aurũ,argentum,lapides precioſos, aromata,ſimias,pauones, hebenum, & huiuſmodi adferret, quæ omnia mihi itineris, a ſinu Arabico,ad Moluchas,ac continentem terram in ſinu maris Sur, illis omnibus rebus ac amplioribus regiones refertiſſimas, rationem adaugent. Erat enim illic nauigandum per Mare flexuoſum, ac tum temporis non ſatis cognitum, inſuliſque plenum,plus minus,per 150. gradus longitudinis æquinoctialis, vbi etiam ſolet magna paucitas ventorum eſſe. Hæc de Tharſis boni conſulas. Cithim vbi Cyprios Cytiæos appellaſſet, illicque vrbem Citium, quæ nobis Zenonem philoſophum peperit, de ſuo nomine vocatam reliquiſſet, contendit, ſi Beroſi compendio credimus,in Italiam,Quę inde ab Hebræis omnibus Cithim dicitur, quo nomine generali Maris mediterranæi inſulas Ioſephus ſuo ſeculo nuncupatas aſſerit. Non me latet,Eſaiæ.66. Italiam Tubal appellari,quę vox confuſionem notat. Quam vocem in communius vocabulum mutatam,auſus eſt diuus Petrus, & Hieronymus Babilonem(illius præcipue caput,Rhomam intelligendo)id eſt,confuſionem,vnde olim exiret omniũ vitiorum orbem totum infectura colluuies, nominare, qui locus luce clarius a Petrarcha duobus teſſareskedecaſtichis declaratur. Dodamin affinitate elemẽtorũ Rhodanim,id eſt,Rhodios ſeu Coloſſenſes nominauit. Dalet ד. enim & ר reſſ. habent plurimum in figura affinitatis. Nunc

tis. Nunc de Sami poſteris quicquam attingemus. Primus illorum fuit, Elam a quo Elamitę orientales populi ad Perſas attinentes dicti ſunt. Aſſur Aſſyriæ nominis fuit author. Illa regio attingit Meſopotamiam, Medos, & Armenicos. Vocabulum Aramæorũ olim Syri orientales audiebant, Ab Aramęis deductio tam gentis quam nominis Armeniorũ fuit. Cętera nomina quia in orientalibus partibus Aſiæ ſunt, a nobis diſiũctiſſimis in locis collocata, nobis ita ſunt obſcura, vt præter nomina, nil plane niſi quiddam coniecturę habeamus. Hus Trachonitidem regionem, vnde fuit Iiob, nominauit, terrã Hus, quæ eſt inter Palęſtinam & Syriã, quam alij κοιλοσυρίαν, id eſt humilem atque depreſſam Syriã vocant. Septuaginta interpretes αυσίτιδος terram dixerunt, quam vocem quidam ſciolus theologus auſtralem ex voce auſitidos, dixit, putans auſtrum, id eſt, notum & auſitin habere aliquid affinitatis. Arphaxad nominauerat Chaldæos olim Arphaxadeos. Habitauit iſte in Septentrionali parte Aſſyriæ, quæ Ptolemæo in quibuſdam codibus dicitur Arrachitis, in alijs Arrapachitis in vtriſque perperam, vt & in Orontio tranſcriptore, quum ſit legẽdum Arphaxitis: Patebant autẽ Chaldæi in Babilonia, Aſſyria, Adiabæna, Coeleſyria, Syria, Arabiæ parte &c. Gether habuiſſe Bactrianos fama tantum ſcimus, ſicut & res ipſas orientales, nec antiquis coſmographis, nec noſtro ſeculo ſatis cognitas puto. Fuit enim illic perpetuo neſcio quid Barbariei interpoſitũ, ne res illorũ nobis cognitæ eſſent. Aſſarmauet fuiſſe Sarmatarum ſeu Sauromatarum Scytarum authorem, vocis affinitas ſatis declarat. Heuila alterum nominauit Indos Oriẽtales, quos gihon ſeu Ganges alluit, vt primus Heuila Indos Africanos, Seu Aethiopes. Ophir videtur nomen reliquiſſe illi prouincię auriferæ de qua ſuperius in Tharſis egi. Potuiſſẽ longe plura ad hoc argumentũ adducere ſi Anniũ viterbiẽſem, Manethonis, & Beroſi fragmẽta voluiſſem

ſequi, verum nuſquam quicquam mihi viſum eſt ſcri-
ptu dignum niſi rationem & authoritatem probatiſſi-
morum authorum conſentaneam habeat. Quale hic ex
Moſe, Ioſepho, & Hieronymo feci. Nolo ad cõfirmatio-
nem huius antiquitatis, adferre authorum nomina quo-
rũ Ioſephus primo antiqu. cap. 10, meminit, & quos ἐν τῷ
περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ citat, Iudaicæ antiquitatis &
Chaldaicæ teſtes ampliſſimos, ne actum quod aiunt,
agere videar. Fidem faciũt huius rei traductæ in toto or-
be Coloniæ, quæ perpetuo ab oru in occaſum ſub ipſa
rerum origine, ductæ ſunt, non econtra. Authores etiam
humaniorum literarum, tam Latinis quam Græcis lite-
ris ſcripti, huic cauſæ patrocinantur. Vt interim cæteros
omittam, ac vt elegantiſſimũ & facile inter hiſtoriogra-
phos Latinos primum, ita fideliſſimum Saluſtium adfe-
ram, is inquam, in tota Africa traductas olim a Perſis,
Medis, Pheonicibus, Armenis &c. (qui populi omnes e-
rant Chald.) Colonias recitat ex multis authoribus, qua-
rum tamen rerum fidem penes illos relinquit, quem lo-
cum, ne quid nos dicas confingere in Iugurthini belli
hiſtoria videre poteris. Hiberos populos, ab Aſiaticis
deductis a gente Chaldæa, in extremo Europæ angulo,
atque adeo in continentis occiduo fine, habuimus. Alba-
nam gentem olim his de ſedibus profectam, aluit Italia.
Gręcię etiam illa pars quæ fere ad Acroceraunios Græ-
ciæ montes agit, hinc ſuam agnoſcit originem. Gallos a
Germanis deſcendiſſe non eſt præter hiſtoricorum fidẽ.
Galatas (quod nomen olim Gallorum fuit) omnes popu
los ab Iberia in Scythiam vſq; dici a Rhomanis ſuo ſęcu
lo, author eſt Diodorus Siculus. Illos Germ. Scythia ꝓ-
fectos (quãuis hodie quidam inter αὐτόχθονας, Athenien-
ſium vt puto emulatione, id eſt, indigenas ſeu terrige-
nas illos reponit) maior hiſtoriographorum pars aſſerit.
Scythas vero a Chaldæis ortos, quibus eſt contentio ve-
ritate prior, antiquiorque ſoli negant. Volo autem oſten
dere non ſolum deductas in toto orbe colonias, ſed &

vſum legum quas credunt antiquiſſimas, & diſciplinarum, & literarum, Græcos a Phœnicibus Chaldæiſve habuiſſe. Draco, quem primum legiſlatorem, αὐτόχθονες, Athenienſes agnoſcunt, quique ob magnã ſeueritatẽ leges humano ſanguine ſcripſiſſe dicitur, non aliunde ſuarum legum præſcripta habuit, quam a ſapientibus Chaldæorum, & Aegyptiorum, ac Hebræorum. Olim enim ob viciniam vnum genus erant, quod ad linguam & diſciplinas attinet. Diodorus Siculus ex Herodoto, & multis alijs, tradit, Solonem Draconicæ ſeueritatis moderatorem, Orphęum qui primus apud Græcos aliquid ſcriptum verſibus reliquit, Homerum in quo, vt ait Plutarchus, omnes diſciplinæ tam diuinæ quã humanę erant, Demum Pythagoram ipſum, Memphiticos adijſſe vates, Vnde Solon leges illas ſcripſerit, quas appetendas Rhomani a prima illa luce magis ſemoti duxerint, Orphæus, vt qui primus æquitatis præcepta rudibus declararet hominibus, poſt ſe ſaxa, arbores, bruta animalia traxiſſe dicitur, Homerus illa ſcripſit quæ nullus mortaliũ non habuit maxima, Pythagoras, ſanctiſſime de diuinis & humanis rebus, & quaſi prophetico more diſſeruerit. Platonem, quem merito diuinum tota credidit antiquitas, ſua tam ſancta vitæ præcepta, quæ nobis latinę Cicero tradidit, quæque apud ipſum legimus, ab Hebræorum, Chaldæorumve ſapientibus habuiſſe, omnibus eſt in confeſſo. Cuius ſententiæ & Pythagoricæ, Ariſtoteles homo ad quiduis in quamcunque patem libuerit (titulo quo eum donat Galenus in eum vtor) perſuadendũ natus, alioqui non raro claudicans, contrauenire frequẽtius, contradicendi ſtudioſiſſimus voluit, in his pręcipue quæ de mundi æternitate, ac de animorum immortalitate, tradiderunt. Homo proculdubio ingratiſſimus in eos per quos profecerat, quique non raro ſoleat quadã perſuadendi fœlicitate, ea in alijs confutare, quæ deterius ipſe docet. Diſciplinæ mathematicæ, quas iure in primo certitudinis gradu reponit ipſe Ariſtoteles, a Chaldęis

ſunt deſumptæ. Quod autem Græci tam tarde de rebus
ipſis ſcripſerint, vt videantur ipſis tam longęua etiam in
4000. annorum geſta, ipſa vetuſtate a veritate aliena,
fuit in cauſa tardior literarum vſus. Illas enim a Cadmo
anno mundi 3700. aut circiter, Thebis Aegyptiacis, in
Phœniciã Palæſtinãve profecto, accepiſſe ſe fatentur.
Quarum tamen fuit vſqueadeo tum paruus aut nullus
ipſis vſus, vt non immerito quęſitũ fuerit an illis, Troiæ
temporibus vterentur, trecentis poſtea annis. Merito
enim dubitabatur ab antiquitate, quonam pacto poſſet
fieri, vt Græci homines ingenio ad gloriæ & immortali-
tatis ac famæ cupiditatem nato, qui nuſquam in ſuis re-
bus hiſtoricis, ex muſca non faciunt elephantum, ita ab-
ſtinuiſſent a priſca illa heroica ſuorum virtute celebran
da, & literis mãdanda (nec enim, ſola comptos arſit adul-
teri crines Helenæ) vt nullum monumentum ante Tro-
iana tempora apud vllos literis mandatum ſculptumve
fuerit. Si enim tale quicquã fuiſſet, certe memoria qua-
dam vel Homeri diligentia, qui de nulla re fere nõ egit
in ſuis Rhapſodijs, perueniſſet ad poſteros. Etiam ali-
qui crediderunt (quibus tamen ipſis, non acquieſco fa-
cilę) Homerum ipſum olim literis caruiſſe, ſuumq; poe-
ma cantando, multos illud docuiſſe, quod multorum au-
ditorum illius, memoria recuperatum in tot libros quo-
rundam diligentia excreuerit, Rhapſodiæque nomẽ in-
de habuerit. Sibi faciunt huius rei fidem, quod in illis li
bris ſunt multa abrupta, aſyndeta & tam magno viro in-
digna. Certum eſt equidem tenui quadam fama res ex-
terorum tum circumferente ad tantum virum, neceſſe
hunc fuiſſe, fabulis multis ſuum infercire poema, nulla
certe hominis diligentiſſimi culpa, ſed temporum iniu-
ria. Græci certe tum primum inceperunt ſcribere & phi-
loſophari egregie, quando res Aegyptiorum, Chaldęo-
rum, Hebræorum, inclinari & in deteriorem conditionẽ
abire cœperunt, ita fato naturave res mortalium pro ar
bitrio agente, vt hodie videmus Athenas ipſas delatas

apud Germanos,Gallos,Britannos, Hiſpanos nomine Barbariæ aliquãdo ĩfames populos,exciſis illis ãtiquis, & ĩvicũ ſeptẽ aut octo ędiũ redactis,tranſijſſe, vt & Chriſtũ ĩ oriẽtis partib⁹ proculcari, & nobis cõtẽni ĩ occiduis a Barbaris, ac ferocibus hominibus excipi.Iam quum in Græcia literis honos eſſe iceperat, Beroſus qui res Chaldęorũ, quæ in ære ac coctis lateribus, etiã ante diluuiũ, diligẽter literis exculptis ſeruabãtur, Manethõ qui Aegyptiorũ, Moſes qui res Hebręorum ſcripſerat,ita erãt vetuſtate ipſa iam quaſi corroſi,vt vix facerent poſteris fidem.Hinc,a duobus illis primis quum res olim geſtas (Nam vt Moſis lex erat ſanctiſſima, ita ſummopere cauebatur ne illa profanaretur,ac illis permitteretur hominibus qui nugis diuina infercirent) Herodotus ac illius imitator Diodorus Siculus accepiſſet, tot annexas fabulas immiſcuit,vt incredibilis bona pars illius hiſtoriæ facta ſit.Sed neſcio quomodo dum volebam de lingua dicere,tranſij etiam in gentis antiquitatem,vnde ne ſim prolixior, me recipio.

OMNES GRAMmaticas linguas, præcipve orientales, hebraicæ affines, locutione, ſignis aut vocibus eſſe.

HIc animaduertes candide lector, Grãmatices Hebraicæ fundamenta, rudimentave intelligi, Nominibuſque literarum Hebraicarũ debere, & cæteras aliarũ linguarum eiuſdem prolationis capi. Omniũ characteres in noſtro libro duodecim linguarum introductorio, habes. Latina & Græca lingua vt recentiores & maiori diligentia excultæ ſolæ omnium linguarum declinationem nominis participijque mutata caſuatim voce, nouerunt, dictionibusq; cõſignificatiuas particulas quas Hebręi, & cæteri literis tantũ, efferunt, vnde remotiores a naturalibus fiunt linguis. Naturales autem linguas voco, quæ ſine fuco docent, quę paucis verbis (qui finis & ſcopus eſt humanæ intentionis, ac omnium rhetorum) multa comprehendunt ac docent, quum breuiſſimis illis tamen claris dictionibus, ac citius vna ſyllaba quã duabus, vel litera vna, ſenſum explicant, quales ſunt omnes illæ quæ Hebraiſmo debent originem, vt eſt Chaldaica, Arabica, Indica, vt & hodiæ eſt vulgaris Turchica, Tartarica, Perſica. Perſæ enim noſtri ſęculi Scythia ſeu Tartaria originem trahunt. Ad rem. Vt officia literarum Hebraicarum ſunt ita, & Orientalium. א. Aleph enim vt Hebræis primæ perſonæ futuri temporis ſingulari præfigitur, ita & in cæteris. Vt puta, Eliph idẽ facit Arabibus, Aleph vel oleph Chaldeis, A. primum indis. Præterea eſt Arabibus tam frequens in officio, vt pauca ſint nomina aut verba quin aliquod eliph habeãt. In nominibꝰ, in principio eſt loco articuli, per ſe aut cum lem, eſt ſignum interrogandi per ſe, aut cum ie præcedente.

In medio nominum facit pluralia illorum,aut declinationem notat.In penultima ſyllaba nominis,ante nun facit nomẽ dualis numeri(quod quãdoq; etiam fit in in, præcedente ie)ante ta, vero, facit plurale fœmininum. In nominis fine etiã non raro facit plurale.In verbi autem principio,præter illam perſonam futuri præfixũ verbo neutro,illud facit tranſitiuũ.format diuerſas verborũ formas,notat ſecundã perſonam imperatiui in omnibus numeris uerſo tamen puncto a voce futuri . In vltimo loco verbi notat dualem numerum ,& vau præcedente pluralem,dualem in futuro ſequente nun.Coniugationem paſſiuã notæ actionis,non raro. Chaldęis autem autem ſuũ oleph,hæc officia habet.omnibus fere nominibus a lingua hebraica in hanc traductis,accedit oleph paragogicum in fine ad Chaldaici nominis formationẽ,vt דם ſanguis Heb.דמא ſanguis Chaldaice.Eſt loco he Heb.ad formationem cõiugationis hihil.non raro eſt ſignum pluralis numeri,in nominibus,aliquando etiam notat fœminũ genus ab adiectiuo formatũ Format præterea coniugationem paſſiuam omnium ordinũ verborum cum tau ſequente,quæ forma parũ differt a coniugatione hithpael Hebraica ſi loco he,aleph ponatur.Indis ſuum a,eſt frequentiſſime loco negationis,tunc adiungitur in principio dictionis cum pũcto i.cum ma vero in principio,valet a, ab,ex,de,abs. cum cha autem,negationem prohibitionemve, illic cum puncto o,hic cum a breui ſcribitur.

ב, Beth,in omnibus idem valet.in,per,propter,cum,pro.

ד, Daleth non ſeruit Hebraice,Chaldaice vero eſt loco ש Hebręi poſitũ loco qui,quę, quod,& coniunctionis quod,& loco He emphatici articuli,vbi frequentiſſime ponitur.Loco illius,ad eadem officia Indi ſuo Za H,vtuntur. Armeni etiam ſuum za habent, pro articulo.

ה,He eſt Hebræis articulus genitiui ac nominatiui,ac emphaticus ſeu demonſtratiuus articulus in omnibus caſibus niſi in datiuo . Eſt præterea ſignũ coniugationis hiphil,hophal,hithpael .eſt etiã ſignum interrogationis cum hateph pathah.

' In alijs linguis in principio non ſeruit. In fine autem Hebræis, eſt ſignũ fœminini generis,tam in verbis quam in nominibus.eſt & motus ad locum,quod hodie cum Turchis & Tartaris cõuenit. cum punctulo autẽ in medio eſt relatiuum fœminini generis eius ei,eam.ſuus,ſua,ſuum.Cum eodem,eſt eadem ſignificatione Chaldæis,ſi illam pręcedat Cametz,vel ſi ſequatur aleph. Si vero pręcedat iod, tunc eſt idem relatiuum maſculini generis . Indis cum

puncto u,eius,ei,eum,facit,cum i,eius,ei,eam. Arabibus præter prædicta Chaldæorum officia, eſt & nota fœminini, ac pluralis nominis præcedente ie.ו,Vau in omnibus in principio dictionis valet coniunctionem copulatiuam,&, etiam, atque, præterea &c.|Loco illius Fœni nō raro vtuntur ſuo phe Hiſmaëlitico,cuius nō ſemel eo vocabulo meminit R. Dauid Kimhi in ſua grammatica,quem locum Sanctes pagninus in ſua ex eo traduxit.In omnibus in fine facit plurale verborum,ſed illi, Arabes addunt eliph. Hebræis ſolum eſt relatiuum maſculini generis in fine,loco cuius Arabes he ſolo cum puncto tzum vtuntur,quādo addunt illi Eliph eſt fœminini generis.Format non raro quædam pluralia Arabibus in dictionis medio poſitus. De hac re vide tabulas noſtras.י,Iod in omnibus eſt tertia perſona vtriuſque numeri maſc.& futuri temporis.In fine autem,valet meus,mea, mea,meum.Punctus i,Indis idem poteſt ac litera, quemadmodū & u:punctus,loco vau.Imperat fœm.g.ſing.num.in iod Heb. & Chaldæis deſinit. In omnibus linguis in medio ſæpiſſime ponitur ad formandas varias nominum ſpecies.

כ,Chaph.in omnibus, in principio eſt loco aduerbij ſimilitudinis, vt,ſicut,velut,tanquam.Illi ad hoc munus Indi addunt ma,dicētes cham.In fine omnibus idem,tuus, tua, tuum.eſt tamen aliqua puncti differentia,cum Cametz Heb.valet idem maſc.g.cū ſcheua vero fœminini. Chaldæis cum ſcheua perpetuo, vtrumque vt vult Munſterus, cuius pace dixerim, In maſculino enim eſt cum ſcheua,ſed in fœminino frequentiſſime eſt cum Iod.quod in toto veteri & nouo teſtamento ita habent hodie Chaldæi Chriſtiani.& conuenit illud Arabibus qui quum eſt maſculini generis ponunt punctum phathſah,quum eſt fœm.ponūt cheſre.Ponitur prçtereaCha Indis in verbi prçteriti perſonis,in omnibus locis vbi thau ſolet ſcribi,ſeruatis tamen Arabum punctis, quos habēt viciniores.vt Har,harcha,harchu,harchat,harchum,harchun,haru, harna,id eſt,Iuit,iuiſti,iui,iuit,fœ.g.iuiſtis viri.iuiſtis fœminæ,iuerūt, iuimus.

ל.Lamed in omnibus a capite eſt datiui ſignum,& præpoſitio in, ad,cum,ob,per,pro,propter.Arabes cum illa negant ſi accedat illi eliph,aut mim, alioqui eſt ſeu ſignū imperatiui,præfixa verbis.

מ,Mem a dictionis principio valet,a,ab,ex,de.Hebræis cum num ſequente,alijs nequaquam ſine nun.Indis vero,præcedente eliph vt dixi.In fine vero valet eorum,eis,eos Hebræis,alijs, idem, ſed raro ſine he,præcedente.

נ,Nun

נ,Nun vbi fecit Hebræis coniugationē,niphal quā paſſiuā primæ vocant,eſt in omnibus eodem officio.In capite enim verbi notat primam perſonam pluralem futuri temporis. Arabibus vulgaribus,etiam primam ſingularem facit. In fine autem: ſiue per ſe, ſiue cum he præcedente valet earum, eis, eas. Indis tamen per ſe tantum.ſi pręcedat caph,valet veſter,veſtra,veſtrum,vobis,vos fœminini generis,quēadmodum chaph & mem,valent idem maſculini generis. Chaldæis & Arabibus non raro facit pluralia nomina,Arabibus quidē pluralia præcedente ie,vel vau,dualia vero præcedente eliph,& aliquando ie.Indis frequenter pluralia nomina in na literam deſinunt,alioqui eſt ſumma illorum varietas, vnde adductumolim puto Potkanum illum vere philogloſſō hominem qui nobis Indica tradidit, aſſeruiſſe,nullas eſſe grammatices regulas apud ipſos,quod eſt falſiſſimum. Sed ille conductis Nubianis,nobis hæc edidit,quemadmodum & Augu. Nebienſis pſalterium,quorundam ſibi captiuorum Arabum diligentia,nobis tradidit. Nun præterea,in alijs ab Hebraica linguis valet noſter,noſtra,noſtrum,quod Hebræis non fit ſine he, Arabibus nuſquam ſine eliph ſequente.

פ,Phe tantum Arabibus ſeruit eo officio,quod in vau ſupra dixi.Solet aliquando quaſi cuiuſdam ornatus gratia paæfigi dictionibus ſine manifeſta ſignificatione, alioqui valet,quoniam, equidem,certe,at,verum,ſed,&c.

ש, Sſin eſt Hebræis qui,quæ, quod, relatiua, & coniunctio quod, non ſecus ac dalet,Chaldæis,za,Indis.

ת, Thau in omnibus eſt eiuſdem officij.In capite enim verbi notat ſecundam futuri perſonam maſculini generis, ſingularis, & pluralis, & tertiam fœmineam vtriuſque numeri. Habent enim hæ linguæ omnes ſuum in verbis genus,quod mirum eſt, quam certas illas reddat.Hæ linguæ omnes more motus cæleſtis & temporis,obſeruauerunt ab Hebraica diſpoſitiones tēporum in verbis ipſis.Itaque,vt natura præcedit præteritum,inſtat præſens,ſequitur futurum,ſic in iſtis linguis præteritum omnē anteit actionem.Participium præſens eſt ſecundo loco. Tertia ſedes eſt futuri. Omnes, præter Indicam quæ more noſtro legitur, a dextra ſiniſtram verſus ſecundum ſolis & planetarū motum,legūtur.Literę האמנתי heemāthi voce fictitia ita dictæ Hebraice, ſolēt non raro pręter prædicta oīa officia,formare quaſdā deriua iones nominū. Hebræis quidē omnes in capite vel fine. Alijs autē Aleph, Tau, Iod, vbique,mem in principio tantum, He,num,in fine tantum.

Reliqua omnium grammaticæ argumenta, nullo negotio plane poſſunt intelligi, ab illo qui in Hebraiſmo aliquantum inſudauerit. Nunc quemadmodum & literarum officiꝭs oſtendimus affinitatem, ſupereſt vt idem quibuſdã fiat dictionibus, vt his inde veritatis argumenti noſtri ſit teſtis lector diligens, aliarumque vocũ faciat coniecturam. Quia vero de Chldaiſmo ſatis conſtat argumentum illi qui Aruch Hebraicę ſcriptum, aut, Latine a ſancte pagnino datum viderit ſeu Munſteri grammaticas introductiones Chald. legerit, eſſe veriſſimum, illam vocum affinitatem in Chald. ne ſim tediosſus obmittã. Onkelos enim & Ionatham ſatis aperiũt. Illorum metaphraſis in totum vetus teſtamentum te docet, quam cæcutiamus & quam hallucinemur in ſacris, ſine Hebraiſmi cognitione, & quã infeliciter in prophetis præcipue verſemur, niſi troporum & locutionum Hebræis ipſis familiarium ſimus periti. Præterea quum quædam de dogmate oboritur contentio, nuſquam illorum ſententiæ vllus Iudęus contrauenire poterit. Quamobrem te cupiam diligentiſſime in illa verſari, antequam veri ſcripturę interpretis nomen tibi vendices.

VOCES QVÆDAM Arabicis & Hebraeis commvnes.

Arabicæ.	Heb.		Latinæ.
hum	הם	hem	illi
hun	הנ	hen	illæ
chum	כם	chem	vos ma.
chun	כנ	chen	vos fœ.
ni	ני	ni	me
taht	תחת	tahat	ſub
ala	עלי	ala	ſupra
caul	קול	col	vox
nephs	נפש	nepheſſ	anima
ani	אני	an	ego
ied	יד	iad	manus
ein	עינ	in ıc	oculus
beith	בית	ba	domus
rab	רב	rab	dominꝰ
ab, aba	אב	ab	pater
ben, ibn	בנ	ben	filius
eil	איל	aiel	ceruus
zara	זרוע	zeroa	brachiū
ruh	רוח	ruah	ſpiritus
codus	קדוש	cados	ſanctus
ſamai	שמים	ſamaim	cœli
mai	מים	maim	aqua
caucab	כוכב	cocab	ſtella
chelb	כלב	cheleb	canis
arz	ארצ	aretz	terra
rigel	רגל	regel	pes
adam	אדם	adam	homo
melich	מלכ	melech	rex
raſſ	ראש	roſſ	caput
coul	כל	col	omnis
em.	אם	em	mater
teba	טבע	etzem	os
etz em	עצם	teba	natura
dem	דם	dam	ſanguis.

In prima libri trāſcriptione, quā triennio antequā adirem Cōſtātin. Arab. diſcēdi gratia, ſcripſeram, erant lōge plures dictiōes, quas vt poteram tum quaſi quadam coniectura pūctis deſtitutꝰ linguæ Arabicę, collegerā infinitis ſudoribus: illas tamē tędĳ vitādi gratia potiſſimum, obmiſſas volui, & aſſeruatas noſtris grāmaticis. Sed quia Mūſterus vſqueadeo lōge ab Hebraiſmo linguā Indicā reĳcit, viſū eſt immorari paululū in altera argumēti illius parte. Quāuis enim ſæpiſſime punctis differāt, tñ verborum themata ſeu radices, vt vocāt frequētiſſime ſunt, aut Hebræis, ob originē, aut Chaldęis, ob affinitatē, aut Arabibꝰ ob viciniā & conuictū aſimiles.

Indicæ voces communes Hebræis.

Indicæ.	Heb.	Lati.	Indicæ.	Heb.	Lat.
Lob	לב leb	cor	moi	maim	aquæ
beth	בית beth	domus	ſſam	ſem	poſuit
ſſem	שם ſem	nomen	tahat	tahat	ſub
ain	עין ain	oculus	hodu	hod	adhuc
naphus	נפש nepheſſ	anima	ouaph	oph	volucris
raſia	רשע raſa	malus	an	ani	ego
hataa	חטא hata	pc̄tōr	chum	chem	vos maſ.
tzadic	צדיק tzadic	iuſtus	chun	chen	vos fœ.
ſſalem	שלום ſalō	pax	ni	ni	me
chulo	כל col	omnis	al	hal	ad.
otz	עץ etz	lignum	mu	mo	eorū, eis
lamant	למה lamah	quare	caduſſ	cadoſſ.	ſanctus
molach	מלך melec	rex	macdas	mil,daſſ	ſctūariū
com	קם cā vꝑ cō	ſurrexit	valed	valed	filius
roſſ	ראש roſſ	caput	antha	atta	tu, vir
col	קול col	vox	anthi	attag	tu, mul.
ſacab	שכב ſacab	iacuit	iom	iom.	dies, nā
maſcab	miſcab	cubile	Alia vox diem ſignificans		
olph	eleph	mile	apud illos, Amira, Græca		
aid	iad	manus	eſt ab Himera ἡμέρα.		
lelith	laiela	nox	valad, ialad gēuit iod i vau		
aman	heemin	credidit	ſaal	ſaal	petere
ſamoiat	ſamain	cœli	raa	raa	videre
ſabah	ſabah	laudauit	baruch	baruch	bñdictus
aſbaa	etzbaa	digitus	etzem	etzem	os
vareach	iareacb	luna	moth	moth	mors
ſoms	ſemeſſ	ſol	ſſeol	ſſeol	infernus.
chachab	chochab	ſtellæ	Ex his, iudici nō iniquo re		
zachar	zachar	meminit	linquā de affinitate illarū		
maleoch	maleach.	angelus	eſtimandi iudicium.		

Quia mihi videor ſatis pro argumenti mei confirmatione, Orientalium linguarum affinitatem demōſtraſſe, ſupereſt vt videamus ſimplicibus vocibus, ſiquid Latini Græcique acceptum Hebræis referre debeant. Primo loco igitur videbimus, quid Latinis & Gallis cum Hebraiſmo cōueniat. Secūdo quid Gręci ab illis deſumpſerint. Tertio & vltimo quid Gallica lingua Gręcis (quorū olim vſa eſt literis) debeat.

Voces Latinis Gallis

ET HEBRAEIS, ET QVANDOque Græcis communes, vt ſe promiſcue offerunt.

עלמה. alma. virgo abſcondita alma, quo titulo ob inſignem integritatem beatam virginem donamus.

ספרה ſiffra, chiffre nota numerorū cogens in denarium.

מחה miſſa oblatio, non a mittendo, vt vulgo dicunt.

בדולה bdola bdelium, gummi ſpecies, ex arbore perſica eiuſdem nominis. hodie nomen in officinis retinet.

עזוב eſob. iſopus b. in p. iſope, vulgo.

נרד nerd. nardus; alio nomine apothecarij dicunt lauendolam.

כפר copher. Camphora quoddam Gummi barbaricum, priſcis medicis ignotum, niſi quod Aetius Amidenus inter Græcos medicos recentior, & qui ab Arabibus ſolus deſumpſit, caphuram appellat.

םסרה ſiſſera, potio quædam ex fructibus expreſſa, ac inebrians. Northmani Sidram appellant, ſidre vulgo.

ממזר, mamzar, manzar. Deuterono. vigeſimo tertio. Verbum eſt quo iuriſconſulti, notant ſpurios nothoſve.

ספיר ſaphir, ſaphyrus, lapis precioſus, gemmave colore cœruleo claro, punctulis aureis.

יספה iaſpe.Iaſpis lapis colore permixto, ſed potiſſimum ad viriditatem delinante,maculis plenus.
מגוס magim.magi ſapientes,tam Græcis quam Latinis.
פסח peſach.paſcha tranſitus,olim angeli,nunc Chriſti.
בת bat. ὁ βάτος Batus menſuræ genus quod amphoram vnam capit. eſt chori pars decima.
פרדס pardes,paradiſus παράδεισος,hortus,locus amœnus arboribus conſitus.quo nomine pro ſingulari comparatione gaudij,dicimus beatorum ſpirituum quietem.
תמה thamah.admiratus eſt vnde θαῦμα & θαυμάζω verbũ græcum idem ſignificans.
מסג maſſag.miſcuit,Græce μίσγω mutatis punctis.
קנמון cinamon.cynamon odora herba,Gręce,& Latine.
לפיד lapid.lampas.Græ,& Lat.
לבונה lebona,λίβανος thus,gummi noto odore.
אבא aba.abbas, pater ætate honore ſcientia, videant hodie qui in illo ſunt officio,quomodo illi reſpondeant.
פלג peleg πέλαγος mare.Hebręi frequẽtius pro ripa,Latini & Græci pro toto mari accipiunt.
סדון vel סדין ſidonvel ſadin σινδών linteum delicatum & magni precij.
מוג mog.afflictus eſt,vnde μόγος labor.
קרן Keren,cornu corne in omnib⁹ linguis ſeruat nomẽ.
שק ſac.ſaccus vox in omnibus linguis ſeruata.

Sunt quædam voces in omnibus linguis quodam myſterio ab illa ſeruatæ.

הללויה halleluiah.laudate deum.omnes linguæ ita proferunt. Quam egregie in illius interpretatione multi Hebraicæ grammatices ignorãtia,fœde hallucinati fuerint, puderet certe referre.
אמן amen,certe reuera verum ſit,fiat, cum quod optandi modo,ac certitudinis deſyderio.
משיח meſſia,vnctus,Chriſtus. Quæ ſequuntur, magis ad linguæ Gallicæ vſum pertinent.

נאל noel, vox tam crebro tamque multis repetita, quam paucis intellecta. Sonat autẽ, noſter deus, vel nobis deus adueniat, cum quodam deſyderio ante Chriſti Ieſu natalitia cantari a plebe ſolita eſt.

כלב·בים·כלבי. cheleb, chelabim, chalbe canis, canes, nes. hinc canes maiores Galli clabaultz dicunt:

כון·הכין·מכינה. con, hekim, mechinah. direxit, erexit, preparans, vltima voce Picardi ancillã appellant, mechine.

דך dac. conterere, dacquer. Picardis rumpere.

בשל baſſal. maturauit, parauit, coxit. hinc putẽ facile ancillas & filiolas quę negotia domeſtica obeunt Picardis dici baſſalettes. & forte vaſſalus apud accurſiaſtas inde nominatur.

הוג hog. girauit faſtidio affecit, hinc hoguiner tædio afficere Picardi dicunt.

כבל·כבלים·כבלי chebel, chebalim, chable, chable funis craſſior quali ad mechanemata vtuntur.

דומה dome. ſimile vocant dome conterranei mei Northmani.

פתי peti, petit, paruulus, ſtultus cui facile imponis.

אבא aba, abe. dictum eſt. & מסה miſſa meſſe pariter.

רודד roded, raudeur coureur, a רוד vagatus eſt.

מרד marad, maraud rebellis. Græci μάταιον dicunt, vnde venit נמרוד nimrod. Nemrod, rebellis in deum & naturã Chaldaicæ מרוד marod eſt vitium ipſum.

פשע peſcha, peſche.

ערב Arab. ſpopõdit vnde arrhabo Græcis & Latinis rei emptæ ſponſio ac deſignatus in emptionis fidẽ numus.

בודד boded, baudet ſolitarius ſtupiduſque, vox in ſtupidorum ludibrium apta & in vſu.

ולד valed, vallet, ſeruus puer. vox north, peculiaris.

משורה meſura. menſura niſi eſſet in vſu in tam antiqua lingua a Latinis ſumptum vocabulum dixiſſem.

פח, ach laquæus, hinc empache intricatum dicimus vulgo.

בבל babel,babil impedita confuſaque locutio:
ירך ierech,coxa iered.c,in d.
עתוד hathud.hetaud, hetauldeau.
עלה hala,haller,aſcendere,eleuare.
הלך halach aler c.in r.aliquando ẽnim ſolemus mutare vltimam literã in r.vt in duobus præcedẽtibus & in his,
יום iom.iour.dies.
מות moth.mors.mort.Sed literas gutturales ſolemus frequenter in ſ,vertere,vt in,
כבע coba,cabas,galea vetus ad reponenda impedimẽta.
אבא aba abas.
ישוע ieſua.Ieſus.
אליה eliah.Elias.
משיח meſſiah.Meſſias.

Dicet fortaſſe aliquis, me omnia ad Hebraiſmum torquere, requiretque,vndenam tam multa nomina Iudaica potuerint in noſtrum vſum ſermonis tranſire.Miretur ille potius cur tam pauca talia habeamus, quum ipſi Iudæi fuerint aliquando tanta frequẽtia & potẽtia apud Pariſios,& in tota Gallia, & ſuis vſuris olim Pariſios ita diuexarint,vt nõ tantũ priuata,ſed & publica,ſacraq; ac profana haberẽt oppignerata,quãobrẽ proſcripti & expulſi fuere omnes a Philippo Auguſto Gallorum rege, anno.D.1220.Illos denuo,reuocauit aut,quod melius eſt ſupplices recepit,Philippus Pulcher rex,anno.D. 1313. & non ita multũ ante hæc tempora ſunt profligati.Commentariorum illorum multa monumenta teſtantur apud nos fuiſſe ſcripta,ob quamplurimas voces gallicas illic admixtas.Vnde ſane mihi admiratio nulla ſubit huius affinitatis,cui potuiſſem vltra ducenta alia vocabula olim mihi obſeruata adiũgere. Supereſt mihi ad argumẽtum vt explicem,rudiorum & linguarum expertium gratia quaſdam voces paſſim in nouo teſtamento occurrentes, lingua Hebraica & Chaldaica,qua apud Iudęos vtebantur Chriſti temporibus, deſcriptas, vt videant interim ſit ne idem ratione,& confuſe intelligere. Vbi ſcio futurum vt

rum vt

rum vt aliquid mωmi habeamus quod obſtrepat, omnia eſſe interpretata. Quis negat? ſunt & ſacræ literę, quę tamen non ſine ardua difficultate ſunt. Dicent fortaſſe pari fœlicitate rem ipſam capi, quam tibi aliquis nulla explicata ratione explicat, & quam ipſe ratione apprehendis, quam vere illud, viderint.

עמנואל Imanuel, Emanuel, Mathæi primo. & vocabitur nomen eius Emanuel. id eſt nobiſcum deus. Conſtat illa vox tribus dictionibus, עם im, præpoſitione quę cum, ſignificat, & nu, נו, pronomine noſter, noſtra, noſtrum, nos, nobis. & אל el, deus. Vocem illã per aphęreſim vulgus Gallorum,

נואל noel, viginti aut triginta dies ante natalia Chriſti ſępius repetendo, efferunt.

אפתח ephtah, perperã efeta proferunt. Marci ſeptimo. aperiare, vox Chald. eſt, paſſiuæ vocis conciſæ alioqui, אתפתח ethpetah aperiare dicendum erat.

חקל דמא hacal dema, actuũ primo. i. ager ſanguinis, prima vox חקל hacal Hebraica eſt, altera dema דמא facta eſt ex Hebręo Chaldaica, additione א, vt bona pars nominum illius linguæ.

הושע נא hoſſa na, oſanna vulgo. Mathæi vigeſimo primo. ſalua obſecro. voces ſunt ambæ Hebraicę prima eſt verbum coniugationis, hiphil a verbo ישע iaſa ſaluauit. Altera vox eſt optandi aduerbium. in cuius interpretatione ob linguæ Hebraicæ imperitiam lapſus eſt Hilarius, conſulto quodam Iudæo, qui dixit irridẽdo, tantum eſſe, quantum ſerua domum Dauid.

אלי אלי למה צבקתני, eli eli lamma tzebactani. quod Gręce ita eſt, Matth. vigeſimo ſeptimo. ἠλεὶ ἠλεὶ λαμᾶ σαβαχθανί. Sonat autẽ, deus mi, deus mi, vt quid derelinquiſti me. Conſtat illa oratio his partibus. צל el, eſt nomẽ dei i, in fine vocum, valet meus, mea meum. Lamma componitur ex ל quæ valet ad, & ma, quid. tzebachtani ſunt duę dicti. ſſebachta eſt verbum pręteriti ſecundæ perſonæ a, צבק tzebac verbo Chald. quod relinquere ſignificat. ni

autem eſt meus, mea, meũ, ſicut & iam dixi. Marcus autem capite decimoquinto, videtur magis ſecũdum vulgarem ſermonis vſum illud græca lingua protuliſſe. nã ἐλωῒ ἐλωῒ λειμὰ σαβαχθανὶ. magis accedit ad Chald. interpretationem primi verſus pſalmi vigeſimi ſecundi, vbi interpres ita dixit אלהי אלהי למה סבקתני elohi elohi lamah ſebactani quod idem ſonat vt prius, ſed Chaldaico ſermone, quo tantum eſt vſus Matth. vltima voce. Nam tum temporis priſci ſermonis integritas apud vulgares non erat amplius, ſed apud ſapientes tantum & grãmaticos. Omnia enim vſu quodam naturæ adoleſcunt, conſiſtunt, ſeneſcunt. Latina & Græca lingua olim in familiari vſu vulgaribus & fœ, fuit, circa Chriſti tẽpora, cœpit ĩde illarũ maieſtas ĩclinari, & diuerſa ac corrupta eſſe popularis lingua, vt & dudũ in Hebraiſmo contingerat.

מרנאאתא vel מרן maran vel maranaatha, id eſt (Corinthi. vltimo capite) dominus noſter venit. dictiones ſunt Chald. mara enim eſt dominus, na. noſter, ſtra. noſtrũ. atha, verbum eſt venire ſignificans Arabibus etiã commune. eſt autem ſenſus huius. Si quis non amat dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema maranatha, id eſt, domin⁹ noſter venit. Dei enim & æquitatis oſoribus, nullum grauius vſquã poteſt euenire anathema, quam quum in delictis comprehenduntur, quum non eſt amplius reſipiſcendi locus, quum dominus præter ſpem ſuperuenit ſeruo alios verberanti, & herilem ſubſtantiam dirripienti, vt illum in tetrum detrudat carcerem.

קרבנא ſeu קרבן curbã, ſeu curbana, oblatio, nomina ſunt Chald. a verbo קרב Kerab, obtulit.

הללו-יה Halelu ia laudate deum. prima vox Hebraicum verbum eſt, in coniugatione tertia, hiphil in imperatiuo. ia, autem eſt nomen dei vnum. Dictio certe eſt tam a paucis linguæ ignaris intellecta quã a multis decantata. Hic non poſſum ineptias pertrãſire ſilentio cuiuſdã palio tenus theologi, alioqui noĩe doctoris inſigniti, & egregie ſuperciliosi, qui linguæ Hebr. vt videretur ſciolus, abſo

lutã quandã apud ignaros cognitionẽ profitebatur, quũ tamen ſibi oblatũ Halleluia diceret tribus cõſtare voca⸗ bulis, hal, lelui, ah. verũ vbi elemẽta homini dediſſem, ne vnũ q̃dẽ nouerat. vſq; adeo ſępiꝰ ĩperitis ĩponũt veſtes.
צבאות tzebaoth exercitus. Rho. 9. vox Heb. pluralis quã nollẽt recte proferre quibus eſt gratius dicere euuange⸗ lium quam euangelium, & paraclytus. i. infamis, proſcri⸗ ptus, quam paracletus conſolator. & kirleſon, quam κύριε ἐλέησον, qui colant culicem, voraturi ſtatim camelum.
גבהתא gebatha. Ioan. 19. γαββαθᾶ locus eleuatus, pauimen⸗ tum, area quædam conſpicua quam Græci λιθόστρωτον, la pidibus locum ſtratum dicunt. Hodie malunt ſacerdotes lycoſtratos λυκόστρατος. i. luporum exercitũ proferre, quã vt ſermonis requirit veritas. Vereor vt quoddam fatum faciat in hoc multos ſuiipſorum prophetas.
אמן amen, dixi ſuperius eſſe vocem quandam certæ o⸗ ptationis.
טליתא קומי talitha cumi, puella ſurge. Marci. 5. duo ſunt Chaldaica verba. titha cumi, legũt hodie chriſtiani Chal dęi. Sunt & plurima huiuſmodi, vt barionah, filius colũ⸗ bæ, mammona, opes, tabitha, caprea, gulgolta quod gol⸗ gotha dicũt, craniũ, benaia reges quod bonaerges dicũt, filius tumultus, quæ omnia in mediũ relinquo, ne dum volo mea diligẽtia lectori laborẽ diminuere, illũ negligẽ tiorẽ reddam, quẽ maxime ad maiora excitatũ cupio. De locutionum affinitate cũ aliis linguis. Græci ſub nunciĳ aut referentis perſona, propria verba & prius dicta repe tunt Hebræorum more. Hebręi id Gen. 3. monſtrant. & dixit mulier ſerpenti, De fructu ligni orti comedemus, at de fructu ligni quod eſt in medio horti.
אמר אלהים לא תוכלו ממנו ולא תגעו בו פן תמותון, id eſt, di⸗ xit deus, non comedetis ex eo, nec attĩgetis illũ, ne forte moriamini. Quæ omnia latinus interpres vertit in pri⸗ mam perſonã, ne comedamus ne forte moriamur, more linguæ latinæ, quia videbat id repeti quod ante dictum erat. Huiuſmodi repetitio eſt admodum familiaris, & in

hiſtor ijs & in prophetis. Quũ illud ſit frequentiſſimum apud multos authores Græcos, ſat erit apud Homerum fabularum parentem oſtendere. ἰλ. α. verſus finem, repetit eadem verba, atque verſus decem quos ante dixerat, quorum eſt principium, ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων, λυσόμενός τε θυγα &c. idem in ſecundo Iouis ſomniũ Agamemnoni immiſſum repetit. & eſt adeo aſſuetus his repetitionibus, vt propria verba crebro repetat, vnde a Martiale in Epigrammatis ſuggillatur, hoc verſu. Dicatur potius τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος. quia frequentiſſime illud in verſus principio ſolet repetere Homerus. Quam Gręci Atticam phraſin in repetendis coniugatis, appellant, eſt ab Hebræo, vt Pſalmo decimo quarto. & quinquageſimo tertio. שָׁם פחדו פחד. illic timuere timorē, ἐφόβουν τὸν φόβον. καὶ τοῦτο, λῆρον ληρεῖς, id eſt, nugaris nugas. Locutio & proprietas infinitiuorum ab illis eſt, vt, בצאתם, ἐν τῷ ἐξεῖναι αὐτούς. in exire illos, id eſt, dum exirent ipſi. Nec debet barbare verti, vt ſolent multi, ſed vt linguæ in quã vertis, phraſis & elegantia, patitur. Scribunt pręterea Græci adiectiua nomina cũ genitiuo nominis ſubſtantiui pluralis numeri, more Hebræorũ. vt חדל אישים γυμνὸς τῶν ἀνδρῶν, nudus hominum, id eſt nudus homo. & ἀνὴρ τῶν σοφῶν. Illud aliquãdo Liuius imitatur. Eadem dictione, ſæpius negant & interrogant communi more. vt אין טוב לאדם, οὐκ ἀγαθὸν τῷ ἀνθρώπῳ. ſeu ἀνθρώπῳ; cũ interrogatione. non bene eſt homini. illud in vtraque lingua intelligitur pro ſenſus ratione. Gręci hac voce ἆρ᾽ οὖν καὶ τοῦτο γίνεται. vel γίνεται; interrogant & concludunt. Hoc igitur fiet; ſeu, fiet. nec tantum in hac dictione, ſed in alijs elocutionibus frequentiſſime. Modum pro modo ponentes, Græci illos imitantur. vt, iſtud Hag. ſecundo אכל ושבוע comedere & ſaturari, quum tamen ſit neceſſe, illud eſſe ſecundæ perſonæ pluralis imperfecti, præter. Indi. Comedebatis & ſatiabamini. Heſiodus, γυμνὸν σπείρειν γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. Nudus ſere, nud⁹ ara. ſunt tamen infinitiui modi. Latini quibus eſt maior in ſcri-

bendo libertas, vt ſunt Hiſtoriographi, Comici, Tragici, poetæ non raro illa phraſi vtuntur. Terentius, omnes contemnere floccipēdere &c. pro contemnebam. Quod etiam Græci frequenter faciunt, pluralia nomina neutra verbo ſingulari iungentes, ex vſu venit Hebræorum. Quamuis enim Hebræi non habeant pluralem vocem neutram, tamen loco illius plur. fœm. illis eſt. Ita etiam maſculina frequenter vt omnes linguæ orientalium ponunt. Eccleſiaſtici ſecundo, poſſedi ſeruos & ancillas, ובני בית היה לי. & filiȷ̈ familias (quod Galli expreſſius proferunt, dicentes, Enfantz dhonneur, enfantz de maiſon) fuit mihi, pro fuerūt mihi. Græci ita, τὰ ζῷα ἔφαγον, τὰ ὀστᾶ ἐταράθχη, τὰ βροτὰ λέγει, animalia deuorauit, oſſa cōturbatum eſt, mortalia dicit, pro. runt, ata ſunt, dicunt. Vis primæ periodi tranſit vtriſque in alterum ſequentis ſententiæ membrum. Quod poſteriores a primis accepiſſe certum eſt. Primi Hebræi ita ſcriptum habent Eccleſiaſ. 4. יש אחד ואין שני גם בן ואח לו ואין קץ לכל עמלו גם עיניו, id eſt, eſt; vnus & non eſt alter, etiam filius vel frater (ſubauditur neceſſario vis periodi præcedentis,) גם אין בן ואח לו, id eſt, etiam, nec filius, nec frater) attamē non eſt illi finis laboris ſui nec oculi eius &c. Græci in illis figuris ſunt frequentiſſimi, vt adducere exemplum putem ſuperfluum. Vtuntur articulis præpoſitiuis pro ſubiunctiuis ſeu, vt magis latine exprimam, demonſtratiuis pro relatiuis. Pſal. nono.

ברשת זו טמנו נלכדה רגלם, id eſt, in rete hoc (pro quod) parauerunt captus eſt pes eorum. Heſiodus βίος τὸν γαῖα φέρει. id eſt, vita hanc terra fert, pro quā. Heb. זו pro אשר quod Græci τὸν pro ὃν quam. Accepiſſe Græcos ſuas literas cuiuſdam Chaldæi opera, ſi negarent, poſſet vocabulis literarum probari. Illi enim ſolent addendo a, in fine dictionum Hebraicarum ſuas formare, quod dixi ſuperius. Ita ab Aleph, alpha, a Beth, beta, Daleth, delta, Heth, heta, Theth, theta, Iot, iota, Caph, cappa, Lamed, lambda, factum eſt. Suas autem vocales poſuerunt, vbi

Hebr.ſuas gutturales habebāt.loco aleph,alpha,loco he,
epſilon,pro heth,eta,pro ain,omicrō.&c.Pelamedes aut
Simonides,& Epicharmus addiderūt illis aliquot, vt fue
runt ſemper quadam inſigni inconſtantia Græci. Facit
meis omnibus dictis fidem, quod tam antiquus credi=
tur fuiſſe apud Aſſyrios atque Syros,qui proculdubio
Chaldæi & Hebræi erant, literarum vſus,vt multi illas
æternas putarint. Plinius ex illis ad Græcos, ab illis vi=
ciſſim ad nos perlatas literas aſſerit, vt nil inde non ve-
nerit.Hebræi a natura edocti,paucis multa comprehen-
dere, coniugationum energias quaſdam tantæ fœlicita=
tis habent, vt nulla vnquā lingua illas potuerit aſſequi,
niſi quia vnam aut alteram ſua deducendi varia verbo=
rum themata copia,Græci ſunt in paucis verbis imitati.
Hebræi vnū idemq; verbū ita variant.In prima cōiuga=
tione rē ſignificat ſimpliciter fieri,vt ידע iadah cognouit,
in altera autē nō profunctorie,ſed ad finē vſq; rei.vt ידע
iidah exacte cognouit, in tertia per alterū facere, iubere
vt fiat,vt הודע hodah fecit ſcire ſeu cognitum fecit, pro-
pterea illius vox paſſiua (omnes enim Heb.actiuæ con=
iugationes habent & paſſiuum ſuū, præter hithpael quæ
frequenter vtramque in ſe comprehendit ſignificatio=
nem.) illius hophal appellata eſt,ignotę actionis paſſiua,
vbi ſcilicet,agens non innoteſcat,ſed patiens tantū,qua=
lem habent,ab omnibus verbis Arabes,quā dicunt Ma=
ghul,de qua, vide noſtrā introductionē Arabicæ grāma
tices,in lib.duodecim linguarū ītroductorio.Quarta no
tat rem ſponte & ſuo marte fieri,vt התודע hithuadah qui
ſua eſt induſtria notus vel innotuit.Quæ certe proprie=
tas in ampliſſimis linguis Latina & Græca adhuc deſy=
deratur.Græci latinis copia ſuperiores imitant aliquan-
do,verbum hiphil ſeu tertiæ cōiugationis,vt in γνόω ſeu
γιγνόσκω cognoſco,vnde fit γνώριμος, cognitus, notus vn
de γνορίζω notum facio, indico. Item διασαφῶ & διασα=
φινίζω manifeſto. Græci Hebræos imitati ſuum genus
tantum articulis, adiectiuis, relatiuiſque agnoſcunt, nil

præterea de genere ſcribentes, ſicut & Hebræi qui iiſ-
dem ſignis tantum, ac affixis illud agnoſcunt, nullis ſcri-
ptis de hac re canonibus. Sed de Græcis, ſatis ſuperque
eſt. Latinis eſſe pauciora communia, apud quos tardior
fuerit literarum vſus, & nulla ob locorum diſtātiam, aut
rara admodum cum Chaldæis conſuetudo, nemo mira-
bitur, iſtud tamen eſt Hebræis & Latinis commune.
Pſal. decimo tertio. אד אנה יהוה תשכחני נצח, id eſt, vſque-
quo domine obliuiſceris mei æternum? vt ſubaudiatur
præpoſitio, aut nomen in aduerbium degeneret. Idem
Pſal. decimo ſexto. & crebro in prophetiis. Horatius ad
Fuſcum. Seruiet æternum qui paruo neſciet vti.
Et iſtud commune. הוספתי חכמה, id eſt, auctus ſum ſapi-
entia. Gallica lingua plura reperiret ſibi, & Hebræis com
munia, ſi eſſet percurrendi locus, vt iſtud, כשיעשה, id eſt
Selon ce quil fera, vbi vno verbo tantum comprehen-
dunt, quantum gallica verba quinque. & איש אדמה. איש
מלחמה homme de labeur, hōme de guerre. מקדם לו, dau-
deuant de luy, quinque verba duobus exprimunt. Sed
id habent energiæ linguæ vulgares, vt citius, & clarius,
ac melius, illam verbum de verbo exprimant phraſim
illius linguæ, quam grāmaticæ omnes. Ita occulto quo-
dam fato res naturales ad ſibi ſimilia affiniaque inclinan-
te. Vt enim eſt illa humilis ac naturalis, magnū eloquen-
tiæ apparatum refugere, atque perhorreſcere videtur, hu
milia & abiectiora amplecti. Quædam hic de linguę pro-
prietate vbi differre ab aliis linguis videtur adſcripſe-
ram, quæ partim ipſe apud me, diligenti ſacrarum litera-
rum lectione, partim ex præceptoris in hac lingua mei
Franciſci Vatabli lectoris Regii prælectionibus obſer-
uaueram, ea mutato conſilio decreui, aut mihi & amicis
ſeruare, aut olim cum quadam acceſſione ſimilium phra-
ſium in gratiam reuera theologicis rebus inſudantium
emittere, modo autē obmittere. Nunc vero vt Originis
omnium linguarum aliquid tractemus, quid Gallica lin-
gua a Græcis habeat, ſubiungamus.

Antequam argumento noſtro Coronidē imponamus, non mihi videtur præter inſtituti noſtri rationem quærere, qua occaſione tam multa verba Græca nobis in familiarem Gallicæ locutionis vſum tranſierint. Illis enim huic libro finem facere decreuimus. Hercules cui poſtea Gallico nomen fuit, dictus ἡρακλῆς Græcis, a Iunonis gloria, cui tamē probro fuerat, ſi fabulis credimus, Chaldęis autem ער כל her col, id eſt, totus pelle tectus, vt qui inſignis peregrinator pelle quadam primorum hominū more tegeretur, a quibuſdam Samotes, a Cæſare & Druidibus ſapiētibus philoſophis Gallorum, Dis vocatus, primus eſſe ſuprema omnium, & monumentorum, & hominum memoria dicitur, a quo Galli habuerint nomen. Is enim Aſia profectus per Africæ littora peruenit, cum quadam hominum multitudine in Hiſpaniam, vbi deuicit Gerionem, non monſtrum triceps, vt putant, ſed tres ita vnanimes fratres, vt vnus & idem homo atque animus viderentur, quibus impletis, voluit & Gallias adire nullo, aut deleto tum nomine claras, vbi vrbem poſuit Alexiam, ac ob virtutem clarā factus ibi regulo gener eſt. Quidā volunt etiā & Britannos hūc adijſſe, vnde veniens in Galliam creditus eſt primo Britannus, diſciplinæque illæ quas attulerat, & reconditas habebant Druidæ, quamuis a Chaldæorum & Aegyptiorum ſapientibus ortæ eſſent, creditæ ſunt a Britannia veniſſe. Ipſe Hercules, & quicunque olim tam præclara aggrediebantur facinora, hominibuſque incognita & ardua, dicti ſunt inferos adijſſe. Reperio facile diſciplinę Chaldaicæ vſum apud Gallos, verum nil adhuc de literis conſtat. Illæ enim diſciplinæ, nec apud Aegyptios ſacerdotes, nec apud Cabaliſtas Hebręorum, nec apud Druidas primum mandabantur literis, ſed memorię. vnde quibus characteribus ſcriberētur apud exteras nationes delatę non facile cognouerim. Dictus eſt Gallos, quadam eloquentię fœlicitate & facundia dicendi, lingua omnes poſt ſe traxiſſe, vt qui fuerat primus cultioris vitę & le-

gibus

gibus munitæ author, quemadmodum & Thracenſibus Orpheus creditur traxiſſe ſaxa; Veriſimile certe mihi videtur, Gallos literis caruiſſe, vſque ad aduentum Phocenſium qui Maſſiliam in ſinu Gallico condiderunt. Viſum eſt in coniecturæ fidẽ verba Iuſtini 43. adferre. Ab his (de Phocẽſibus intelligit) igitur, Galli & vſum vitæ cultioris, depoſita & manſuefacta Barbarie, & agrorum cultus, & vrbes mœnibus cingere, didicerunt. Tunc legibus, non armis viuere, tunc & vitem putare, tunc oliuam ſerere cõſueuerunt. Adeoque magnus, & rebus, & hominibus impoſitus eſt, nitor, vt non Gręcia in Galliã emigraſſe, ſed Gallia in Gręciã tranſlata videretur. Tanta ciuilitas tantus cultus, mihi etiam facile perſuadet literas habuiſſe comites, quæ inde fuerunt in tota Gallia, in vſu, ac præcipue in rebus publicis ac priuatis tabulis, authore Cæſare non in vno tantum commentariorum loco, peculiares. Hanc dictionum paucitatem a quo noſtra lingua cœpit in affinitatem Rhomani ſermonis tranſire, ſeruamus. Quas autẽ volo ſubiungere dictiones, ne forte me putet aliquis nullo iudicio excogitaſſe, illas, vt apud Budæum vtriuſq; linguæ parentem legi, ac vt ipſe a Vatablo, Daneſio, Tuſano, accepi, adſcribam, nec tamẽ illas obmittam, quas proprio iudicio aliũde nõ poſſe habere originem, cognoſco.

Voces Gallis & Græcis COMMVNES.

παραλαλεῖν, loqui, parler, conciſa voce Græca;
παραλαλιὰ, locutio, parole.
βαβάζειν, impedite loqui, bauer, balbutire.
βάβαξ, baueulx, inepte garrulus.

παντόφελλος, pantoufle, κρῆπίς, vox eſt cōpoſita a φέλλος, quod ſuber ſignificat, & πᾶν, omne, quod calceamēti ſoleæ omnino, ſeu ſolidæ ex eo confici ſoleant.

ὁ χίτων, hocton, veſtis breuior conciſa prima ſyllaba, & attracto articulo in dictionem.

γλοῖος, lubricus, gliant, coulant, vt eſt glacies.

κολλάομαι, coniungere, coller.

κόλλα, glutten, colle.

κολεός, couillon, teſticulus.

μιαρός, marault, ſceleſtus, citius, vt iam dixi, ab Hebræo מרד marad, venit.

δεῖπνον, prandium, dipner.

ἀκούω, audio, imperat.

ἄκουε, ἀκούετε, audi, audite, acoute, acoutes.

τραγήματα, id eſt, ſecundæ menſæ, dragee, τ. in d.

ἄρτος, panis, artis vox impoſtorum panē intelligentiū.

πίνω, bibo, piailler, dicunt impoſtores, hinc χοπίνα, & πίνθα, pinte, & chopine, menſuræ vinariæ Pariſiorū. vocant autem impoſtores vinum, iain, יין, iain, voce a Iudæis ſumpta.

βράζω, ferueo, accendo, hinc, embrazer.

βρίζω, impetum facio, briſer.

χέζω, nature purgādę obſeq̄or. chier, honos ſit aurib9.

ἄνθραξ, carbo, antrac, peſt is, alio nomine interpretando nos carbonem dicimus.

χάραξ, pedamentum. hinc vineæ pedamenta, eſcharax & eſchallatz dicimus.

κόπτω. ſcindo, in ἀορίσῳ, ſecundo. ἔκοπον, coper, tailler.

τέμνω. frango, in aor, ſecundo. ἔταμον, etamer, entamer.

κρεμάομαι, pendeo. Hinc cremaillere, cathenula vbi ſolent caldaria ad ignem appendi.

ὤθω, pello, remoueo, oſter.

παῦρος, pauper, pauure, egenus.

θησαυρός, theſaur9, theſor, & per īterpoſitionē r, threſor

ἄβυσσος, abyſſus, abyſme.

ἀτύζω, atizer, agitare, irritare.

κρούω, pulſo, crouler interpoſito l.
ῥάπτειν, ſuere, rauauder. p. in u.
ῥυθμὸς, rithme, rythmus conſonantia.
ἁρμονία, harmonie, contentus.
σχολὴ, eſchole. Schola exercitiū. Solemus enim in Gallicis vocibus quę a Græcis vel Latinis veniunt, ſi dictio incipit ab ſ. ante conſonantem, ipſi ſ. præfigere e. in voce Gallica, vt ſcala, eſchelle. ſtupa, eſtupe &
σκίουρος, eſcureul, quaſi vmbricaudiū, animal paruum, viloſa cauda, quæ pene totum corpus obuerſa tegere poteſt, vſqueadeo velox animal & leue, vt a cacumine ſummarum arborum ſeſe in terram incolume demittat, &
στύφειν, eſtouper, φ, in p. hinc dicuntur res ſtypticę quę obturandi, ac aſtringendi vim habent.
βάκτρον baculus, baſton, dempto κ. & ρ.
σκάνδαλον, ſcandalle, eſclandre, offenſio.
ῥάβδος, rauauld, virga craſſior.
σκῦτον, coriū, vnde ſcutū, eſcut. quia olim ex corio fiebat
κύπριον, ęs, cyprium, cuiure. p. in u, μονοχόρδιον, manicordion, vnicus ſonus eſſet illic ſine adiecto panno, aut re alia ad extinguendam ſoni ęqualitatem.
μοῦστος, mouſt, vinū recens. vnde venit mouſtarde, condimentum, quod olim ex muſto fiebat, & hodie ita pręcipue Diuione & Andegauis fit.
βρύχα, briche, tegulę minores, arena & terra confectę.
τρέω, trouuer, perforare, ε in ou.
θύω, thuo, tuer, ſacrificare, quia olim ſacrificia omnia cum ſanguine & morte fiebant.
ἀτιτάλλω, atiteler, alere, parua animalia.
δάμαρ, dame, niſi dixiſſet Tuſſanus dixiſſe m a domina dici, quia cogere nil ſoleo.
μάρτυρ, martyr, teſtis, ita dicti ſunt ob excellentiam qui ob legem Chriſti ſupplicia ſubire voluerunt.
μώρμωρ, murmure, murmur.
τιθήνη, tetine, nutrix quę admouet infantibus vbera.
θεῖος, taion, auunculus Picardis.

σάκκος, ſac, vox omnibus linguis pene communis.
λάκκος, lac, laccus, foſſa.
ἀίσημα, aiſement, facile, ἄισιος, aiſe. facilis.
σμάραγδος, eſmeraulde. Gẽma virente admodũ colore.
χάρμη, eſcarmouche, belli principia.
γάρ, car, rationalis coniunctio enim. γ. in. c.
μώκκος, mocqueur, irriſor.
μωκκάζω, mocquer. irridere.
θρίγγος, tringle, faſtigium.
λέχειν, licher, lambere.
πείκειν, piquer, pungere.
ἐξόμνυσθαι, eſſomnyer, quum ius noſtrum addito iureiurando perdimus.
λάπτειν, laper, vox ficta a canum potu.
βόρβορος, bourbe, coenum.
ἄρεστον, arreſt, placitum ſenatus aut principis.
ἐρώδιος, heron, auis ex præda piſcium viuens.
ἐν πρώτον, en preut. prima vnitas.
πρώκτον, poictrõ, trãſpoſitis literis, podex. picard. vox.
βρόω, & βρῶσαι, brouſter, comedere.
χλώριον, loriot, ablato. χ. vireonem a colore viridi vertit Gaza.
καλπάζω, galloper, equum exultantem ad ingreſſum vrgere.
καλπάζειν, idem.
καλοπόδιον, galloche.
βρόχος, broch. vas vinarium ab infundendo, βρέχειν dictum.
ἀγράφη. agraphe: ait Budæus, ſe aliquando admonitum a Laſcare de hac voce quod eſſet tracta a Græcis agra, ἄγρα, captura, & ἁφή, attactus, quod iũgat capturã tactui. Poſſet tamen hæc vox minus coacte ab Hebraiſ. deduci, גרף garaph, enim arripere ſignificat, cui voci in eũ ſenſum plures gallicas affines habemus, agrapher, gripper, grupper, griphes, grafigner. &c.
Almiral mari præfectum dicimus ab ἁλμυρὰ ſalſugine

ſeu re maritima.

βάλλω, bailler. hinc, balle, mercium colligatus cumulus, inde emballer.

λοιδορεῖν, ledoyer, dire iniure, ſcõmata in aliquẽ iacere.

λοιδορία, lœdure, iniuria.

βλασφημεῖν, blaſmer, blaſphemer, ledere & imminuere famam.

βύρσα, burſa, bourſe, a corio dicta.

βουθυτεῖν, butiner, prædam diuidere. t. in n.

κοίτη, coete, culcitra, lectulus.

τάξις, taſſ. cumultus, ordo, & le taux & pris des choſes

τάσσω, ordino, inde entaſſer.

παράδεισος, paradis, locus delitioſus, hortus.

γραφεύς, greffier, ſcriba.

χάρτης, charte, papirus. vox Italis ea ſignificatione cõmunior.

ὁδός, via, hinc hode, laſſe, Picar. feſſus de via.

ἔκλειψις, eclypſe, defectus.

βράχω, braire, clamare.

ἐμβάλλεσθαι, embler, furari, vna componere.

ἐν, in, en.

ἐγγράφω, engrauer. φ. in v. inſculpo.

ἐνδύω, enduire, incruſtare parietes.

ἐγκλίνω, encliner, inclinare.

ἐνδεικνύσθαι, endicter, indicare.

ἐνδεῖκται, delatores, endicteurs, quæ vocabula antequã apud Budęum legiſſem, credebã ſane ab indicãdo dici.

παῖς, παῖς, paie, puer.

στέλλω, ἔσταλον, eſtaller, exponere merces.

ἥρως, heer, ſire, ger, dominus heros.

ἅλς, all, ger, ſal.

δυσφημεῖν, diffamer, denigrare.

βραβεύω, brauer, primum locum ſibi velle adſcribere.

κυβέρνω, gouuerner, regere.

ὀργίλος, orguilleux, vox vbi peccauerunt graminaticographi Gallici. ὁ στρουθός, auſtruche, ſtruthio, auis.

μάδια, madieux, iurandi aduerbia.
ῥώξ, roch, rupes.
ςρατιώτης, ſtradiot, miles leuis armaturæ.
νεός, nies, iuuenis, ſtultus qualcs ſunt iuuenes.
κοφινός, cophin, pariſij calatulum ita dicunt.
τόρος, toret, inſtrumentum ad perforandũ, cui voci accedit tarere, pro torere.
τρίχω, tricher, trichotter, fallere, corrumpere, vnde venit tricherie.
μνηςῆρος, mneſtriers, muſici qui nupturas puellas cantu & muſicis ambibant, proci, hodie remanſit nomen ſolum muſicis. quum olim eſſet procorum.
παράγχων, parãgon, nec quæ alij circũ poſita facile illas delet ſua excellentia.
κόττη, coq, pro cor, gallus, gallinaceus.
πορφύρα, purpura, porpre. φ. in p.
κυρινός, couſin, affinis r. in ſ.
σπάθα, eſpee, enſis, vox etiamnum vulgaris.
βαςάζω, baiulo, hinc baſt, clitellę ad deferendum aliquid aptæ.
ματάζω. ſtulteſto, Italicum verbum eſt.
τρύφω, trufer. ridere, irridere.
τίλλω, vello, tiller, vellere, canabim a ſua teſtuca, Northmani.
πυός, boue, pus, fex, π. in b.

Rei eccleſiaſticæ com PLVRES VOCES GRAECAS ESSE.

ἐκκλησία, eccleſia, egliſe, κ. in g. conuocatio, cõgregatio.
κοιμητήριον, cœmeterium, cemetiere, vel cimetiere, locus dormientium Chriſtianorum corpora reſurrectionẽ expectantia dormiunt.
ἐυαγγέλιον, euangelion, euangile, bona nũciatio, nec eu-

angelium dicendum vt quidam bonus bariæ pater ſcriptum ſui ſimilibus reliquit.

κληρικὸς, clericus, clerc, ſortititi⁹ latine dici poteſt, a κλῆρος, ſors, qui ſortitus eſt domini miniſterium. quam hodie pro rei veritate nomen habeant, prouinciæq́ꝫ reſpondeant σιμονικῶς viderint.

ἐπίσκοπος, epiſcopus, eueſque, ſpeculator p. in. v. i. in e.

ἐξορκιστὴς, exorciſtis, exorciſte, adiurator. Crebra olim erat dignitas in eccleſia antequam deus infenſus noſtris vitiȷs & hypocriſi, poteſtatem in demones, in nobis pene antiquari ſineret.

ἀκόλυτος, acolyte, qui nõ eſt prohibitus tãgere myſteria.

διάκονος, diaconus, diacre. n in r. miniſter. quã futurus ſacerdos incipit eſſe altaris miniſter.

ὑποδιάκονος, ſoubſdiacre, qui eſt paulo inferiori in miniſtrando dignitate.

πρεσβύτερος, preſbyter, ſenior, prebſtre. Senex ſi non ætate ſaltem eruditione. Si ſui hodie rationẽ nominis obſeruarent, non eſſet tanta improborum turba, non eſſet grauius audire ſacerdos, quam fur niſi eſſet mihi quiddam veritatis amor, reciperem lubens illam interpretationem nominis, quam quidam illorũ adfert, preſbyter, prebens iter, quod certe hodie heu, heu eſt veriſſimum, vt enim in ſæculo deploratiſſimæ cæcitatis ac contẽptiſſimæ ac abiectiſſimę virtutis vitiȷ q́ꝫ receptiſſimi agim⁹, ita nullius indigni facinoris exemplum, in populi hodierni nomine tenus ducibus non reperis. Non mihi ſatis rem attigiſſe videtur, qui dicit preſbyter pro aliȷs, bibẽs, ter, opus erat enim dicere, ſepties octieſq́ꝫ, quia Venere & Bacho nunc finem reponunt. de improbis, quos nullos cuperem, ſemper dictum intelligo.

κανονικὸς, canonicus, chanoine, aſpirata prima litera regularis, nomen hodie, vt ſingula ſingulis paruũ cõuenit.

μόναχος, monachos, moyne, ſolitarius, non vt quidem etymologiſtes ait, a μόνος, quod eſt ſolus, & ἄχος quod eſt dolor, quaſi ſolus in dolore viuens. quod vt verum ſuo

ſæculo fuerit neſcio,certum eſt ſi rationem illam etymologiæ recipiant,nullum eſſe hominũ genus,quod quantum ad vitæ moleſtias atinet,minus ſit quod audit.

ἀπόστολος,apoſtolus,apoſtre,miſſus ab ἀποστέλλω,mitto.

βάπτισμα,baptiſma,bapteſme.ablutio quod, quamuis apud Græcos ſignificabat omne abluendi genus, modo tamen apud illos, & nos capitur ſimpliciter pro ablutione illa qua nouum induimus hominẽ, veterẽ exuimus, aut ſaltem promittimus.

παροικία,parœcia,paroece, vbi ſunt cohabitantes aliqui vicini in vnam eccleſiæ communionem.

πάροικος,paroecus,paroecien,incola.

μοναστήριον,monaſterium,monſtier,conciſa media ſyllaba,eccleſia olim erat ἀναχωρητῶν,anachoretarum ſecedẽtium,a turba monachorum,& in ſolitudine agentium.

ὑπόκρισις,hypocriſis,hypocriſie,ſimulatio,fictio, & ὑποκριτής,hypocrita,hypocrite,ſimulator.

μυστήρια,myſtere,initiatio,ad quædã occultiora introductio.a verbo μυέω,initior,& ad ſacra ac dadyta ĩtroducor.

ὄργανα, organa,orgues, per excellentiam inuentionis, ita dicta ſũt muſica illa in eccleſia organa ſeu inſtrumẽta.

τύμβος,tumba,tumbe.

τύμπανον,tympanum,tymbre,quo conuocantur monachi ad epulas.

ἐλεημοσύνη,eleemoſyna,aulmoſne,mĩa ab ἐλεέω miſereri

θεοφανία,theophania,la theophaine,ita vocãt noſtri cõterranei Regalia.i.regum feſta vbi reges Chriſtũ deum ſalutarunt.alij vocant ἐπιφανίαν,epiphaniã,lapiphaine.i. apparitionem.

πεντηκοστή,pentecoſte,pẽtecouſte, quinquageſimus dies poſt reſurrectionem Chriſti.a πεντήκοντα.i. quinquaginta.dies me deficeret ſi vellem omnia perſequi.Nũc de re medica quædam attingam.Totam enim illam diſciplinã Græcis debemus,ob id omnia fere nomina morborum, herbarum medicamentorum Græca ſunt.

φρένησις,phreneſis,phreneſie,mẽtis aliẽatio,a φρὴν,mẽs

ἡμικράνιον,hemicranion,demigraine,addito d. in capite vocis,ac c.in g.morbus quum capitis dimidia pars dolet.ab ἡμι, id eſt,ſemi,& κράνιον,id eſt caluaria.

ῥεῦμα,rheuma,reume,defluxion de cerueau, humoris a capite defluuium.

φλέγμα,phlegma,phlegme,pituita.

μελανχολία, melancholia,melancholie, cholera nigra. morbus ex humoris melancholici abundantia proueniens.ex μέλαν nigrum,& χολή,fel.Hinc quidam Galli dicũt de irato homĩe,il eſt en chaulde chole.ἐν τῇ θερμῇ χολῇ.

λήθαργος, lethargus, letharge, profunda quædam obliuio & ſomnus.

ἀποπληξία,apoplexia,apoplexie,corporis percuſſio,& inſenſibilitas ſtupidæ mentis.

ἐπιληψία, epilepſia epilentiam corrupte vulgo dicunt, mentis detenſio eſt,& ſtupor,naturalis officij priuatio.

πλευρῖτις,pleureſie,pleuritis,morb⁹ lateris,a πλευρὰ latus,coſta.

ὑδρόπησις,hydropiſie,hydrops,aqua intercus.

ἀπόστημα,apoſteme,apoſtema,abceſſus humorũ in partem affectam.

κατάῤῥους, catarre, catarrhus, defluxio humorum a parte cerebri in inferiores partes.

ῥεῦμα,reume,dicitur vero vulgaribus,quãdo illa a cerebro,defluxio tracheam arteriam,id eſt pulmonis fiſtulam inficit, vocemque labefactat.

φαντασία,phantaſie,imaginatio.

φλεβοτομία,phlebotomie,venę pręciſio.&c.Eſſet enim infiniti operis omnia velle perſequi, nomina diſciplinarum omnium,animalium,plantarum,gemmarum, quæ omnia Græcis accepta referre debemus. Vidiſti hoc noſtro argumento,Candide lector,non eſſe ita arduũ multarum linguarum cognitionem aſſequi, ſi id fiat quo res ipſa poſtulat ordine. Tibi conſtat Hebraicam linguam viã ad quatuor linguas patefacere,non econtrario.Græcas literas adferre ſuam lucem,Latinis nemo neſcit, no-

ſtras illis, non item. Plato omnes diſciplinas quas a Chaldæis ſe accepiſſe fatetur, dicit, reddidiſſe ſe meliores. Ait enim ita in Epinomide, ſub Athenienſis perſona. Quoniam vero magis quam Barbari, vt diximus, ab æſtiua ſerenitate diſtamus, horum deorum ordinem tardius intelligimus. Deos autem illos dicit planetas ſeptem, quos animatos credidit antiquitas, quorum ordinem obſeruationemq; ſcilicet aſtronomiam acceptam Barbaris, id eſt Chaldæis non obſcuris indicijs refert, & ſtatim ſubiungit. Verum quicquid Græci a Barbaris accepere, melius reddiderũt. In Timæo autem introducit quendã Aegyptium ſacerdotem alloquentem Solonem, qui olim illos diſcendi gratia adierat, his verbis. O Solon Solon Græci ſemper pueri eſtis, nec in Græcia quiſquam eſt ſenex, iungit rationem. Quia vobis ſemper eſt animus, in quo nulla veterum rerum memoria, nulla cana ſcientia. Paulo poſt, eſſe Aſia profectos illos ſapiẽtes (vt puta a Chaldęis) in Aegyptum, idem deus philoſophorũ ſcribit. Vt faceſſant interim illæ fabulæ quas quidam rerum imperiti, ſolita tamen Græcorũ audacia, & temeritate, de Nili fertilitate ac generatoris omnium animantium, commenti ſunt. Hæc omnia dicta Platonis oſtendunt diſciplinas eſſe nuper apud Græcos perlatas a Barbaris, quibus ipſis facile putat Plat. ſuorum ingenia & eloquentiam aliquid tractãdo lucis allatura. Cicero vero latinę eloquentiæ parens, verum philoſophãdi genus latinis literis incognitum aſſerit, ad ſua vſque tempora fuiſſe. Sic ſcribit. Philoſophia vſque ad hãc ætatem, nec vllum lumen habuit latinarum literarum, quæ illuſtranda ac excitanda nobis eſt, vt &c. Vides ex hoc, quomodo cultũ & ornatum apud Græcos diſciplinę habuerint, antequam eſſent latinis hominibus cognitæ. Sub ipſo autem Tuſc. q; exordio ita dicit. Hoc mihi latinis literis illuſtrandũ putaui, non quia philoſophia Gręcis, & literis, & doctoribus percipi non poſſit, ſed meum ſemper iudicium fuit, omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius quã Grę‑

cos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem di-
gna ſtatuiſſent in quibus elaborarent. Quem locum ne-
mo non videt eſſe tractum ex verbis Platonis quæ ſupe
rius ex Epinomide attuli. Si modo nomina ipſa Barbari
& Græci commutaueris. Ita ſibi & ſuis mortales quadam
ambitione, rerum omniũ inuenta adſcripta vellent. Elo-
quentiæ quadam rara fœlicitate certũ eſt ea quæ a Chal-
dæis acceperãt, Græcos excoluiſſe, immutaſſe, & aliquã-
do, ne res alienæ in illorum ſcriptis apparerent, inuertiſ-
ſe tum fuco dictionis, obliterata pene inuentorum priſ-
corum memoria, ſua dixiſſe. Rhomanos eadem arte atq;
ingenio vſos, ſatis declarant illa decẽ iuſti capita a Græ-
cis expetita, quibus additis duobus, duodecim tabularũ
nomen fuit, ex quarũ interpretatione, quod dicũt ſuum
ius vetus pontificiumq; , ac leges demum obortas eſſe
certum eſt. Ita videmus quod propoſueram, primos ho-
mines Chaldæos Hebræosve quadã vitæ inſigni inno-
centia ac beneficio diuino, prima iuſti æquiq; præcepta
mundique genealogiam reuera, atque primum vſum li-
terarum habuiſſe, a quibus ad Græcos demum, vt ad nos
& in toto terrarum orbe tranſierint.

Lectori Candido.

Si quid in hoc melius deſcripſerim amice libello
Id Chriſto referas, ſi male parce precor.

Excudebat Petrus Vidouæus Vernolienſis, Typis ac
characteribus ſuis vigeſima ſeptima Martij,
Anno a partu virgineo. 1 5 3 8.
Ad calculum Romanum.

Guillaume Postel
(1510-1581)
2 works in 1 vol.
Paris 1538
Very rare

XERRR